163
A
60.
B. NAZ. NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
163
A
60
NAPOLI

Biblio[illegible] P. Ph. Ardenti
V. D. J. R. [illegible]

PARAENETICORVM VETERVM

In qua producuntur Scriptores VIII.

S. Valerianus Cimelenſis.
S. Columbanus Abbas.
Dinamius Grammaticus.
S. Baſilius Epiſcopus.
Anneus Boetius.
Tyrol Rex Scotorum.
Winsbekius Eq. Germanus.
Winsbekia, nobilis Germana.

Cum Notis

MELCHIORIS HAIMINSFELDI GOLDASTI.

EX BIBLIOTHECA & SVMTIBVS

BARTHOLEMÆI SCHOBINGERI IC.

ADIECTAE

CVNRADI RITTERSHVSII IC. CONIECTVræ in Panegyricos veteres.

BIBLIOTECA NAZIONALE V. E. III NAPOLI

INSVLAE,
Ad lacum Acronium, permiſſu ſuperiorum.
Ex Officina Typographica IOANNIS LVDOVICI BREM.
Anno CIↃ. IↃ. CIV.

Inclyta Respub: quae est S. Galli Bibliothecae in memoriam et recordationem fratris pie in Christo defuncti observandae testandae causa D. M. dat donat.
David Schobinger ...

ΠΑΡΑΙ΄ΝΕΣΙΣ;

Diſce pati, condiſce mori; ſic viuere diſces,
Viuere vt edoctus noris obire diem.

Ieſus Sirach;

Memorare nouiſſima, & non peccabis in æternum.

B. Hieronymus;

Siue comedam, ſiue bibam, ſemper illa vox reſonare mihi videtur in auribus meis; Surgite mortui, venite ad iudicium.

V. CL.

BARTHOLEMAEO SCHOBINGERO IC. AC PATRICIO S. GALLI

MELCHIOR HAIMINSFELDIVS GOLDASTVS S. D.

REmitto ad te Cimelenſem Epiſcopum, B. Schobinger, quē è feſtiuâ olim Bibliothecâ tuâ ſuppeditaſti. Valerianum, inquam, κτῆσα μὲν tuum, χρῆσα δὲ iam

 omnium.

omnium. Cohoneſtaui,ne immunis ad illices penatium tuorum thecas reduceretur, notis meis, quibus affecta illius loca medicor, vel obſcura illuſtro. Puta vtrumq bono auctoris pariter atq. lectoris factitatũ. Manum, ſicuti à me contendiſti, & ſtili ferociam, in qua cum doctoribus habui inſaniẽtibus furere, quàm potui, ſedulus temperaui. nec enim à me (non fugit) ingenio meo profectam accepiſti. noſti tu illud ab ætate,

&

& quàm alienus harum rerum ſim, adæquè noſti. Etenim ſi quiſquã eſt, qui ſtudeat prodeſſe quàm plurimis, & minimè multos lædere, in his ego nomẽ meum profiteor. Tandem ergò meliora domi doctus, reuidi, mutaui, ſecui, idq. vnius diecu-læ ſpatio. Probaturos puto bonos ac eruditos, & priora errata humanæ adſcripturos iuuenilitati. Interim tibi recommendo auctorem, mi Schobinger, apud te fotum, productum, e-

ductum; meq.ſimul cum illo, vterq.tibi debemus, ille vitam, ego ſtudia. Vale, & Hiſtoricos, quos te auctore atq.etiam largitore adorno, propediem exſpecta reduces. Script. A. N. D. ∞. Iↄ CIII. apud Sarunetes.

S. VA-

S. VALERIANI CIMELENSIS EPISCOPI De BONO DISCIPLINAE Sermo.

MVlti, qui ſanæ doctrinæ aduerſantur, iuſtitiam culpant, & diſciplinam imperium eſſe iudicant, ac rationabilem caſtigationē ſuperbiæ aſsignant: cùm non ſit imperiū, niſi ubi aliquid iubetur iniuſtum, nec ſit ſuperbia, niſi ubi neglegitur diſciplina. Diſciplina eſt igitur magiſtra religionis, magiſtra ueræ pietatis, quæ non ideò increpat ut lędat, nec ideò caſtigat ut noceat. denique mores hominum irata corrigit, inflammata cuſtodit, ita Salomone dicente; *Fili, ne deficias à diſciplina Domini, neque fatigeris cùm ab eo increparis. quem enim diligit Dominus, increpat; flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Nihil profectò eſt, quod non diſciplina aut emendet, aut ſal- Prouerb. 3. Hebræ. 12.

uum

uum faciat. quam ſi quis ſapiens apprehenderit, nec gratiam amicitiarum perdit, nec periculum damnationis incurrit. Nemo diſciplinam irrationabilem putet, ſub qua uidet uniuerſis, quæ in cælo & ſub cælo ſunt, uerbo cooperante compoſitis omnipotentis Dei ſtare conſilium. In principio
Prouerb. 8. enim operis ſui Deus nihil prius quàm diſciplinã fecit. Nam cùm aſsiſtente Sapientia cælum ſuſpenderet, terram pararet, maria concluderet, & ſuis locis temporibuſque ſuis curſum ſolis lunæque globum diſponeret, omnia ſub diſciplina conſtituit. Quid autem non eſſet tenebroſum, quid non incompoſitum, quid non haberetur abſurdum, niſi cõſtitutis legibus cuncta ſtarent elementa? Numquid ſine diſciplina agitur Solis curſus? qui quamuis diurni itineris neceſsitatem infatigatis impleuerit, ad officium tamen ſuum matutinis occurrit, & ſe in parte cæli cottidie terrarum ſpatia luſtraturus oſtendit. Tanta eſt diſciplinæ ratio, ut intra tẽporum metas lege conſcriptas ita indefeſsi itineris alternis uicibus ſiderum curſus agitetur, ut nec luna defectionis ſuæ damna effugiat, nec ſolem diurni luminis flamma deſtituat. Numquid ſine diſciplina eſt, quòd tanti maris fluctis humili terrarum litore continentur, & in ſuo ſinu frequenter incita-

ta uen-

ta uentis altior aggere unda concluditur? Omnia profectò inſipiens natura confunderet, niſi mundũ diſciplinæ ratio gubernaret. Hæc ideò propoſuimus dicere, ut diſceretis obœdire euangelicis præceptis, & cæleſtibus obtemperare mandatis. Quid autem rationabilem animam, & ad Dei imaginem factam expediat, facilè homo poteſt intellegere, cùm uidet ſacratis per uòluntatem Dei conſtitutionibus diſciplinæ etiam elementa ſeruire. Audite Prophetam dicentem; *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. appræhendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Psalm. 2. Bene in omnibus cauſis timor obtemperat diſciplinę, qui pro hoc ipſo, quòd imminentes periculorum caſus aut iras iudicum cauere nouit, poteſtatem conſeruandæ ſalutis obtinuit. Quid igitur adultero eſſet caſtum? quid furi tutum? quid non latroni eſſet peruium? quis non expaueſceret concaua litorum? ſecreta ſiluarum? quid non præſumptio poſsideret, niſi furorem animorum ſub metu poenę diſciplina compeſceret? Ac niſi conſtitutus eſſet ordo uiuendi, numquam profectò finem poneret natura peccandi. Nihil eſt quod non gula ſuadeat, ſi gulæ diſciplina conſentiat. Nihil eſt quod non luxuria perdat, ſi amore uitiorum à te diſciplina

 diſcedat.

diſcedat. Nihil eſt quod non habendi ac poſsidendi cupiditate animus occupet, niſi auaritiæ uitium diſciplina condemnet. Omnia ſub metu diſciplinę latent uitia. Ita non eſt in quo fides umquam erubeſcat, ſi homo futurum Dei iudicium reſpiciat, & cauſam reddendæ rationis intendat. nec eſt in quo uindex ſcelerum flamma deſæuiat, ſi intuitu diſciplinæ, aut quæ ſunt honeſta cogites, aut quæ ſunt pudenda caſtiges. Multi ibi crudelitatis nomen imponunt, ubi pro amore diſciplinæ crimen admiſſi ſceleris ſupplicio uindicatur latronis, cùm ſententia iudicantis iuſtis legibus ſeruiat, & non ſolùm præſentibus, ſed etiam futuris manum porrigat. Quis igitur non licitò crederet ſe debere peccare, ſi impudicis & impijs actibus iudex non præſcriberet diſciplinam? Videamus quid lex loqua-

Exod.20.& tur: *Non occides: Non adulterabis: Non falſum teſti-*

Rom.13. *monium dices.* Hæc ſunt diſciplinæ legis, quibus etiam diſtrictio ſententię ſæcularis obſequitur, impugnando turpia, & reſecando crimínoſa. Nam ita

Rom.13. dicit Scriptura; *Iudex non eſt vindex poſitus boni operis, ſed mali.* ita ut etiam uicarium pœnæ genus exi-

Leuit.24. gat, cùm dicit; *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Sed iſtam antiquam ſententiæ ſeueritatem facilè uitare poſſumus, ſi flammas futuri iudicij cogitemus. Ab-

ſolutè

ſolutè autem docet Apoſtolus Paulus poſſe contemni ſæcularis arma iudicij, qui dicit; *Si vis non timere poteſtatem, quod bonum eſt fac.* Sed hæc non otioſè tractanda ſunt. Nam cùm de his terrenis poteſtatibus Apoſtoli doctrina commemorat, ſenſibus noſtris cæleſtis iudicij partes inſinuat. Nam cùm docet ſeruiendum ſæculi legibus, ammonet neceſſariò hominem futuris cauere temporibus. *Si vis*, inquit, *non timere poteſtatem, quod bonum eſt fac.* Hoc eſt dicere; ſi uis futurum non timere iudiciū, *Declina à malo, & fac bonum.* Ergò hanc primam conſtitutionis formam, quæ ſæculi legibus caret, cauere debemus & uincere, ut poſſimus à nobis illud præiudiciū perpetuæ mortis excludere: quia quos iſta temporalis non affligit poena, hos illa in æternum inſatiabili tormētorum perſequitur dolore. Nemo autem illum homicidij crimen euaſiſſe æſtimet, quem excuſatum iudicij corrupti ſæcularis ſententia abſoluerit. nec ille adulterij facinus prætermiſſum putet, qui indulgentiæ legem depræhenſus elicuit. Nemo cùm ſanam dexteram uidet falſitatis reo, debita iure ſupplicia iudicet fuiſſe conceſſa. Defunctis corporibus ſalua ſunt crimina, niſi fuerint priùs apud DEVM lacrimarum interceſſione purgata.

Roman. 13.
Eſa. 1.
Pſalm. 33.
1. Pet. 3.

Expectat enim reum ſuum gehēna debitis armata ſupplicijs. Ad confuſionem magis præſentis uitæ, non ad abſolutionem criminis pertinet auctoritas ſententiæ ſæcularis. Illa ergo nobis ſunt ante omnia cogitanda ſupplicia, ubi homo uiuit pœna durante, ubi nec tormēta corpori, nec deſunt membra tortori. Quæ tamen facilè uitare poſſumus, ſi habenis diſciplinæ teneamur, ita Apoſtolo dicen-
Roman. 13. te; *Vis non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex ea.* Quis ſapiens non ad hæc diſciplinæ bona animum lætus apponat, ubi poteſt homo nō ſolùm criminis poenam uitare, ſed & gratiam laudationis adquirere? Audite Prophetam dicētem;
Pſalm 2. *Adprahendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* In hoc loco, puto, ad illos pertinet iſta ſententia, ad quos nondum diſciplina peruenit, qui adhuc in deuijs morantur, capti antiquo ſuperſtitionis errore. Probantur enim numquam ſub lege uixiſſe, qui ammonētur ut adpræhendant ſtudium diſciplinæ. Sequitur in hoc Pſalmo; *Ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Igitur ſi illos Propheta reos ſtatuit, ad quos numquam diſciplina peruenit, quid de illis iudicandum putamus, quos diſciplina deſtituit? inter utrorumquè actus auctoritas Propheticæ le-
ctionis

ctionis incuſat minorem planè culpam non per-
ueniſſe ad diſciplinam, quàm legem diſciplinæ reſpuiſſe. Ecce dicit Propheta; *Qui diſciplinam ſpernit, odit animam ſuam.* Et uerè dixit, ita eſt. nam hoſtis eſt & inimicus animæ ſuæ, qui ſpretis diſciplinæ monitis, Diabolicis occupatur officijs. Dicunt aliquãti, diſciplinam ſatis duris legibus conſtitutam. Loquantur iſta ſatis miſeri, quos ad omne facinus ille Diabolus auctor mortis inuitat, quorum mentes inſatiabilis gula poſsidet, ſuper quos regnat ebrietas, quos turpis luxuria captiuos tenet, & à quibus numquam ſuperbia ingrata diſcedit. Illis autem, quibus eſt ſtudium honeſtè fidem ſeruare continentiæ, & humilitati pietatique ſeruire, dulce diſciplinæ onus eſt, & leue iugum Domini, quod non grauat, niſi aut perditos aut perituros. Erubeſco dicere in confuſionem humanæ neglegentiæ, quare apud aliquantos parùm proficiat diſciplina, cum uideamus paſtorale magiſterium etiam apud muta animalia non perire. Doceant nos ecce ſeruare ordinem diſciplinæ, tam dociles equorum animi, cùm in gyro ducti flexuoſis greſsibus membra componunt, & ſub unius habenæ retinaculo ita laxari ſe conſentiunt, ut & currendi & ſtandi modus ſub quadam legum diſpoſitione ſeruetur.

Prouerb. 15

ita quos natura numero diuidit, ſtudium diſcipli-
næ coniungit. Videte quàm fortia boum corpora
plauſtro ſubijceant, quæ in tantum imperio animũ
parant, ut tumentia naturaliter leui iugo colla ſup-
ponant. ita diſciplinæ conſtitutionibus ſeruiunt
etiam quæ in feritate naſcuntur. Vnde miror ali-
quotiens hominem, cui ineſt ſapientia & intelle-
ctus prudentiæ, paſſim præcepta diſciplinæ negle-
gere, cùm uideamus mutum animal uitia cauere,
iuſſis obtemperare, imperio deſeruire, atque ita ad
omnem obœdientiam animum aptare, ut cùm
opus fuerit, armatis legionibus occurrat, & hoſti-
libus ſe telis iuſſum obiciat. Audite in hoc loco
Eſa. 1. Prophetam dicentem; *Agnouit bos poſſeſſorem ſuum
& aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non co-
gnouit.* Vereor dicere, ne noſtram neglegentiam
pulſet iſta ſententia. Non autem cognoſcit Do-
minum, qui conditionis ſuæ non agnoſcit offi-
cium. Oſtendam ſanè quomodo Dominus poſ-
ſit aut inueniri aut agnoſci, ſi tamen animus eſt ui-
dendi. Si uis uidere Dominum, require mendi-
cum, reſpice ad pauperem, ſuſcipe peregrinum,
uiſita infirmum, curre ad carcerem. Si uis uidere
Deum, uinculum captiuitatis abſolue, nodos ini-
quitatis incide. Audi de hoc Dominum dicen-
tem;

tem; *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus fui, & viſitaſtis me: in carcere erã; & veniſtis ad me.* Moneo itaq; , ne deſpicias nudũ, ne cęco manum ſubtrahas, ne inuolutũ pannis contemnas. In hac enim ueſte primùm Dominus, cùm à magis quæreretur, inuentus eſt. Et quia de diſciplina fecimus mentionem, ſub qua fides Chriſtiana uiget, neceſſe eſt ut omnia in aures ueſtras uitæ ornamenta deferantur, ut intellegat unuſquiſque, parum ſibi prodeſſe conuerſationis famam, niſi in contemptu mundi amauerit diſciplinam. Ergo cui ſtudium eſt Chriſtum colere, prius cordis ſic corporis ſuſcipiat indumenta. Omnis igitur uita religionis profeſſæ integritatis debet famam ſentire, ne quem exſpectat corona uirtutis, pudoris damno feriat. corporis integritas uitam muniat, integritatem fides incontaminata cuſtodiat, ut manente utriuſque partis beneficio immaculatum hominem faciat regnare cum CHRISTO. Sed in hoc ſolo conſtat conuerſationis noſtræ ratio, ut boni ſimus. Laborandum igitur illi ante omnia eſt, ut qui bonitatem ſequitur, bonus eſſe iudicetur. Nam quamuis homo purum corpus immaculatumque Matth. 25.

cuſtodiat,

cuſtodiat,laceratam uitam ad Deum portat, cuius actus uultum infamat, licet ſciamus,conſcientiam ſolam bonis actibus poſſe ſufficere. Sed quanto melius eſt,ut ſemper de te ſentiat benè, qui circa ianuam tuam uanis ſuſpicionibus frequēter ægrotat? Inſitum eſt quidem naturaliter uulgo, ut de bonis ſemper malè iudicet.ſed tu, qui curam bonę famæ colis,ſtudio tuo gratiam integræ opinionis adquire. Vita ergo noſtra ita ſit lucida,ut ſit omnibus nota,integritas religioni, pudor ſeruiat humilitati.Quem amor tenet ſeruandæ integritatis,ante omnia falſi ad ſe famam non admittat erroris. Magnum eſt quidem & glorioſum, & uſque ad cælum omniū ore proferendum,numquam malis actibus locum dediſſe: ſed multo fortius eſt,numquam falſis ſuſpicionibus laboraſſe. Quid enim tibi prodeſt ſobrietas, ſi uitia ebrietatis exerceas? Quis non te ebrium iudicet,ſi inter effluentes uino calices ſaltantium gyros imiteris? Quis te caſtum putabit, ſi te uideat meretricum fabulis mixtum, ſcenico ſermone compoſitis, aut loquentem turpia,aut inhoneſtè reſonantem? Laudo quidem in te conſcientiam caſtitatis, ſed odio conloquium meretricis.In quo loco dicat fortaſſe aliquis; Sufficit mihi pura conſcientia. Quantum ad innocen-

tiam pertinet, tibi ſoli ſufficit: ſed prouidendum eſt,ne facilitate tua alter peccet, & alienum peccatum in te redundet,iuxta illud,quod dicit Scriptura; *Væ illi,per quem ſcandalum venit.* Quamuis autem ſiryco pretioſo corpus ueſtias,& niueo uellere menbra componas, non ſine macula diem tranſigis,ſi camini ardentis ora contigeris. In omni igitur actu tuo uitam tuam diſciplina comitetur. Si uis placere Chriſto,elabora ut profeſsionem tuam fides adiuuet,fama commendet. Præcedat nos patientia humilitatis ſocia, adſiſtat pudicitia integritatis magiſtra,fugiat cupiditas,erubeſcat ebrietas, luxuria actus ſuos lugeat, ſuperbia confuſa diſcedat. Quicumque igitur eſt,qui feſtinat DEVM agnoſcere,ſub hoc ordine Chriſtum noſtrum poterit inuenire. Multa quidem erant adhuc,Dilectiſsimi, quæ diſciplinæ ratio ſuadebat aperire, quæ interim putauimus differenda, ne otioſis auribus faſtidiũ pareret longa narratio.Sanè ne quid in hoc opere ſubtraxiſſe uideamur, elaborabimus ut ea,quæ religioſis actibus competunt, ſequenti tempore diſſeramus. Matth. 18.

EXPLICIT.

MELCHIORIS HAIMINSFELDI GOLDASTI

In

S. VALERIANVM CIMELENSEM

Notæ

AD BARTHOLEMAEVM SCHOBINGERVM IC.

PRISCVS Valerianus, Schobinger cariſſime, parentibus & ſocero illuſtribus fuit. Eucherius Epiſt: *Quãuis in maximos ſæculi apices patre ſoceroq. elatus, illuſtribus ex vtroq. titulis ambiaris*, &c. Cognatus Auiti Imperatoris. Sidonius carm. VIII.

Priſce decus ſemper noſtrum, cui principi Auito
Cognatum ſociat purpura celſa genus.

Propinquus Eucherij, viri patricij, Senatorij, ac Lugdunenſis poſteà Epiſcopi, qui ſic prooemiatur ſuam ad eum epiſtol: *Benè alligantur vinculo ſanguinis, qui vinculo conſociantur amoris: ſic & nobis quoque admodum gloriari pro hoc ipſo Dei munere licet, quos perinde caritas vt propinquitas ne-*

tas nectit, coartantq. in vnum affectum duæ neceſsitudines; quarum alteram à parentibus carnis noſtræ accepimus, alteram à nobis ſumpſimus. conſona Gennadius in Eucherio. Socer deniq. Pragmatij, viri inluſtris & ſenatorij. Sidonius l. v. epiſt. x. cuius paulò poſt verba accerſam. Ingenio fuit docili ac ſupra humanum captum intellegenti. Eucher. *Et quidē à profeſsione vitæ ſanctæ pio & iam non abhorres ingenio, qui ea, quæ ſacræ inſtitutiones docent. præueniſti in plurimis præcoqua morum felicitate, vt mihi videaris quædam religionis officia quaſi per prouidam occupaſſe naturam* &c. Diſciplinæ tradītus prima ſtudiorum incunabula à Poeticis auſpicauit, tantoſq. fecit progreſſus, vt nugatorem præ illo ſeſe Sidonius diceret, carm. VIII. eiq. carmina ſua cenſenda atq. arbitranda libens meritò tramitteret. rationem his connectit verſibus;

Cognitor hoc nullus melior, bene carmina penſat
Contemptu tardo, iudicio celeri.

Scripſiſſe verſus paret ex eodem Sidonio. inde adducor vt credam, verſus, qui vetera inter Epigrammata Valeriani ſub nomine ſunt adſcripti, huic reſcribēdos. Ab his tranſiuit ad Rhetorica. eloquentiæ in tantum deditus, vt vel grandis natu Rhetorum frequenter ſcholis adeſſet, declamatores attentè audiret, eoſq. muneribus ac dignitatibus adornaret. Sidonius l. v. epiſt. x. *Hunc* (Pragmatium) *olim perorantem, & rhetorica ſedilia plauſibili oratione frangentem, ſocer eloquens vltrò in familiam patriciam adſciuit.* Et mox ibidem; *Iudicium antiquum perſeuerantiſſimè tenens, vt cui ſcientiæ obtentu iunxerat ſobolem, iungeret & dignitatem.* Nec ille auditor tantùm, ſed & decla-

mationes repoſuit. vnde *RHETOR* appellatur ab Iornande. In Cicerone ſedulitatem ac diligentiam hexaſticho prodidit, quo triſtiſſimum eius exitum concelebrat. id opere de Poetico carptum vnum hodie ſupereſt, reliquis deperditis an ab altero vindicatis. Eloquentię autem hactenus inuigilauit, vt interim ſeuerâ lectione ſeſe mitigaret, & ſapientiæ præceptis, ſine quibus perfectus orator haberi nequit, animum componeret. Eucher. *Quin tu repudiatis illis Philoſophorum præceptis, quorum lectioni operam ac ingenium accommodas, ad imbibenda Christiani dogmatis ſtudia animum adijcis, illic quoque, quo facundia tua atq. ingenium exerceatur, inuenies.* Hiſtoriarum cum primis, vnde exempla conſiliaué promit orator, perſtudioſus nec ſegnis ſcrutator. Namq *Hiſtoriarum libros* ab vrbe condita ad ſuum æuum ſcribendo deduxit. Ingerit Eucher. his verbis; *Itaq vt tua apud te proferam, cum ab ortu regni huius centeſimus & octogeſimus quintus ferè ſupra milleſimum vertatur annus, quicquid vel ſub illa dominatione Regum vetuſta, vel ſub illa deinde gemina adminiſtratione Conſulum Romano acceſſiſſet imperio,* &c. Hos libros in teſtimonium citat Euagrius Eccleſiaſt. hiſt. l. 1. c. xvii. & l. v. c. xxiv. Fragmenta ſuperauit Iornandes in Hiſt. Getarum. hinc adeò ei *HISTORICO* nomen inditum. Ab ſtudijs ad honores tralatus, cōfeſtim *PRAEFECTVS PRAETORIO GALLIARVM* fuit. Sidon. l. v. ep. x. *Hunc* (Pragmatiũ) *manente ſententia, Gallijs poſt præfectus Priſcus Valerians conſilijs ſuis tribunalibuſq ſociauit* &c. Carm. viii. *Ad Priſcum Valerianum virum Præfectorium.* Memorantur autem plures *Priſci* Galliarum Præſides, ab Valeriano diſcriminandi. Priſcus Præſes S. Marcellum, imperatore Antoni-

Antonino, propter fidem Chriſti viuum defodit. Rabano tradente Martyrol. PR. NON. SEPT, vbi *iniquus perſecutor*, & *nequiſſimus Præſes* vocitatur. quæ Valeriani ingenio aliena ſunt epitheta. ceteroqui procliuis æſtimaretur migratio nominis *Auito* in *Antonino*. Fuit itidem Præſes Priſcus, qui S. Valerianum gladio iuſſit animaduerti, Martyrol. Rom. XVII. KL. OCT. *in territorio Cabilonẽſi in caſtro Nortio*, Raban. Martyrol. dicto die. In hac conſtituto dignitate Valeriano, Eucherius Parenæticam miſit, in quâ eum ab antiquâ ſuperſtitione, prophanæq. ſtudio Philoſophiæ, ad veram pietatem ac ſapientiam inuitat. Nec operæ falſus eſt. Nam Valerianus, pellectâ epiſtolâ, & contemplatione in res diuinas iniectâ, à numine ſancto cœpit illuſtrari. nec multò poſt Chriſtianis nomẽ dedit ſuum, à quibus â ſæculari dignitate, alter Ambroſius, raptus ad epiſcopatum Cimelenſem. Hac enim conſuetudine vtebantur Chriſtiani, ne illuſtres viri, & variâ apud ſuos dignitate faſtigati, dignitates reliquiſſe, magis ſed inueniſſe viderentur. quanto enim maior animus corpore, tãto his imperiũ excellentius euenit. anteà enim corporibus imperitabant. A' tribunali Sidonius ad Aruernam, Eucherius ad Lugdunenſem, Pragmatius Valeriani gener ad Auguſtodinenſem pontificatum câdẽ tempeſtate abducti. Eſt autem *Cimela* Galliæ vrbs, qua de Ortelius. Notitia Prouinc. in prouincia Alpium maritimarum; *Ciuitas Cemelanenſium*. Vſuardus Martyrol PR. ID. MA. *In Gallijs, ciuitate Cimella, natalis S. Pontij Martyris* &c. *ſub Valeriano & Gallieno principibus Martyrij palmam adeptus eſt*. cuius loci me per litteras monuit Marq Freherus, Conſiliarius Palatinus. Statim autem, poſt impactũ

ſibi epiſcopium, poeticæ & philoſophiæ renuntiauit, cæleſtiumq. myſteria Scripturarum cœpit rimari, & ſe totũ his ſtudijs mancipauit, quibus quô ſe ſtudioſiùs imbueret, eò doctrinam copioſiùs infunderet. in qua quidem Theologiæ ratione ſic animum excoluit, vt de difficillimâ eius parte Diſciplinâ breuiter, ornatè, & eruditè diſſertaret. Exſtat vnica hodie oratio *De bono diſciplinæ*, quæ incluſa atq. abdita Auguſtini pallio, nono operum tomo, latuit. eam codice tuo, Schobinger, aſſertore in ſuam reduxi poſſeſſionem. cuius in epilogo pollicetur omnia, quæ diſciplinæ reliqua eſſent. præſtitiſſe puto. ac fortaſſean ex illâ eius oratione ſunt, quæ Vairus adducit de Faſcino l. III. c. vlt. *Valerianus ait à vitijs Diuitijs nomen impoſitum.* Denatus eſt Sidonio anterior. at quando, aut quot duxerit annos, in hoc omnium ſcriptorum ſilentio non conſtat. Sic autem vixit, vt moriendo viuentum numerum auxerit, Cimelęq. venerandâ ac debitâ memoriâ honoretur.

DE BO-

DE BONO DISCIPLINAE Sermo.

De bono diſciplinæ) Sic Cypriano *De bono patientiæ*. eidem *De diſciplina & bono pudicitiæ*. Ambroſio *De bono mortis*. Iuliano Atelenenſi *De bono viduitatis*. Auguſtino *De bono coniugali*, itemq. *De bono perſeuerantiæ*. Saluiano *De bono virginitatis* apud Gennadium. Cicero l. xv. epiſt. xiv. ad Cœlt. *Vtemur bono litterarum*. Tertullianus Latiniſſimus ſcriptor, Apolog. c. xlv. *Dum de bono ſectæ huius obducitur*. Eucherius Parænet: *Bono breuis vitæ, perpetuæ vitæ commodum præponendum*. Explicat Fronto de Differ. *Bonus opponitur malo, qui alij vſu, Commodus alij neceſſariò vtiq. pdeſt. Vſus* eſt vtilitas; Hinc illa apud Auguſtinum, *De vtilitate pœnitentiæ, De vtilitate ieiunij, De vtilitate credendi ad Honoratum* &c.

Diſciplinam i.e. i. & x. caſtigationem) Rectiſſima expoſitio. quam verificāt Suetonius Cæſar Val. Maximus l. II. c. v. Frontinus Stratag. l. IV. c. I. & ſeq Tertullianus contra Valentin. Cyprianus de diſcipl. & hab. virg. Auguſtinus de diſcipl. Chriſt. Iohannes gloſſis in c. IX. diſt. xlv. temeriter improbarunt Budæus comment L. Gr. Beza ad Hebr. XII. v. V. Stephanus Theſa. L. Gr. Hinc, quòd pleriſq. diſpliceret, ab hominibus indiſciplinatis vocata *diſplicina*. Pylades Gloſſ. *Secundùm quoſdam dicitur diſciplina à diſpliceo quaſi diſplicina, quia diſcentibus aliquando diſpliceat*.

pliceat. Alcuinus epiſt. xxxix. ad Ioſeppum; *Diſciplina Domini non debet cuiquam eſſe diſplicina, ſed bilariter accipiat, quod pius medicus ſalubriter immittit.* qui locus corruptè editus, ita à me emendatus eſt. videndus Donatus de Barbariſ. Clemens Scotus, Alcuino æquæuus, Collectan: *Per transſmutationem ſyllabæ, vt diſplicina pro diſciplina. imperiti hoc faciunt aliquando per imperitiam.*

Cum non ſit imperium &c.) *Imperium* ſiue *Regnum* libertati putatur inimicum, quod & Cicero oſtendit Philipp. I. Inde per prouerbium *Rex* ſalutatus, qui ſuperbè diceret ageretuè. Ipſa etiam quoque *Tyranni, Regis, Imperatoris* nomina in ſæuitiam & crudelitatem verſa ſunt. Salluſt. Catil. *Proinde quaſi iniuriam facere, id demum eſſet imperio vti.* Plautus Pſeudol. *Nam neceſſe eſt hodie Sicyoni me eſſe, aut cras mortem exſequi*

Ita herus meus eſt imperioſus——————

Nec eſt ſuperbia) Ludit in veriuerbio. Fronto; *Superbia eſt à ſuperhabendo.* ecce *ſuperhabere* dixit, quod Valerian. *neglegere*, hodie *inſuperhabere.* Iſidori ſententia gemina germana eſt l. III. c. XLVI. *Sæpè Eccleſiæ cenſura arrogantibus videtur eſſe ſuperbia; & quod à bonis piè fit, crudeliter fieri putatur à prauis, quia non diſcernunt recto oculo, quod à bonis recto fit animo.*

Flagellat autem omnem) Habet copulandi dynamin, ex Ebræorum idiotiſmo, qui omnium propemodum particularum vicem ſuum, vſurpant. Ita capio locum Plauti Moſtell. a. III. ſc. II.

Vehit hic clitellas, vehit hic autem alter ſenex.

Nulla eſt oppoſitio, ſed æquiperatio. itaq. nihil vtrimque mutandum.

Verbo

Verbo cooperante) τῦ λόγυ συνεργῦντος, quod Ioan. v. v. xix. ὁμοίως ποιῦντος. at MS. *operante*, ἐργάζοντος, v. xvii. Sic infrà MS. *nudus*, *& operuiſtis me*, quo modo περιεβάλετε conuertit Interp. Matth. xxv. in vulg. edit. *cooperuiſtis*.

Dei ſtare conſilium) Cyprian. epiſt. lv. *Dei nutu & arbitrio regi & gubernari omnia ſcimus.* Doſitheus lib. ii. *Cœleſti prouidentia, diuino conſilio*, θείᾳ συνβυλείᾳ. Syneſius hym. iv.

Τὰ δὲ πολλὰ μίαν Φέγγει κόσμυ
Πτύχα καλλύνει Δια σαῖ βυλαῖ.

Claudius Rutilius Itiner.

Si factum certa mundum ratione fatemur
Conſiliumque Dei machina tanta fuit.

Lucretius lib. i. & lib. v.

Nam certè neque conſilio primordia rerum
Ordine ſe quæque, atque ſagaci mente locarunt.

Notat Anaxagoram, qui ὕλην (ſic corpora prima vocat) à Mente, ſe Deo, dixit compoſitam. videndus Laertius in eius vita.

Deus nihil prius) MS. *Dominus*. Hic voces perpetuò inter ſe mutarunt. ſic infrà ex cod. MS. legend. *niſi fuerint apud Dominum*. ibidem, *non autem cognoſcit Dominum* & in extremo ſermone: *qui feſtinat Dominum agnoſcere*. Sic apud Cyprianum De diſcipl. & hab. virg. & lib. iii. Teſtimon. ad Quirin. c. lxvi. in dicto Salomonis leg. eſt. *quem enim diligit Dominus*, pro *Deus*. Nam Septuaginta Interpretes, & Paulus Apoſt. κύριος reddunt non θεὸς. Ebræus Sapiens יהוה ſcripſit, quod Dominus conuertūt Iudæorum more

ac modo, quibus pro eo אדני pronuntiatum. Sic denique I. Petri II. v. XIII. apud Interpretem leg. *ſubiecti eſtote, &c. propter Dominum*, ex MSS. codd. & Græco textu. Et hæc variatio è ſcribendi compendio, Ds Deus, Dñs Dominus. Differentiam quandam Iſidorus annotauit lib. II Differenti. *Inter Deum & Dominum ita quidam diffinierunt, vt in Dei appellatione, Patrem; in Domini, Filium intellegant. Sacra ſcriptura vtrumq. & Deum & Dominum affirmat. tamen hæc vocabula inuicem diſcernuntur. Primum enim, nomen naturæ eſt pertinens ad amorem; ſecundum poteſtatis, congruens ad timorem. Deniq. ex Dei vocabulo ediſce quid diligas, ex Domini appellatione cognoſce quid metuas.* Diſcrimen videtur Alcuinus obſeruaſſe epiſt. XXXVI ad Alcuinam petrã ſcribens; *Modò tempus eſt laborandi & promerendi Deum; tunc erit tempus iudicandi, & promerendi Dominum. quia tunc iudicabitur vnuſquiſq ſecundũ opera ſua, &c. Qui hic Deum diligit, ibi cum Domino etiam lætabitur.* Verba erant corrupta, partim tranſpoſita, quæ ſic caſtiganda cenſuimus.

Quid autem non eſſet teneb.) Autem cauſſatur, non aduerſatur. Homerus ita vſurpauit δὲ pro γὰρ, notante Budæo in Comment. Paulus ad Galat v. οἱ δὲ τοῦ χριστοῦ &c. Cuius particulæ vim quando minus intellexit Origenes, ſuperhabitam omiſit. Vet. Interp. Marci XVI. v. VIII. *At illa exeuntes fugerunt de monumento: inuaſerat autem eas tremor & pauor.* ita reſtituo ex MSS. & Græco textu. Latinis *ſed* ita pro nam. Tacitus; *Ne tum quidem Romana claſſis pugnæ adfuit; ſed formido Obſtitit, & remiges per alia militiæ munera diſperſit.*

Cuncta ſtarent elementa) MS. *coactum maris ſeruiret elementum.*

mentum opinor, minùs rectè, & falſimoniæ arguunt, quę ſequuntur. Eucherius Paræneſ. ad Valerian. ***Cernis vt etiã dies atq. anni, & cuncta hæc ornamenta cæli Dei verbum mandatumq. infatigabili obſeruatione conſeruent, præceptorumq. eius cuſtodiãt irremiſſa lege famulatum.*** Ambroſius, aut neſcio quis, hymn. *De natiu. Chriſti*;

> *Occaſum Sol cuſtodiens,*
> *Luna pallorem retinens,*
> *Candor in aſtris relucens,*
> *Certos obſeruat limites.*

Quod themation quæ cauſſa Fabricio fuerit eliminandi, nullus diſpicere poſſum, præſertim cùm Gregorius M. patilia dictite hym. *De concept. virg.* & Anonymus hym. *Chriſte redemptor gentium.* & Gregorius Nazanzenus odis;

> Δι' ὅν αἰῶνες ἄπαυστοι,
> Δι' ὅν ἥλιος προλάμπει,
> Δι' ὅν ὁ δρόμος σελήνης,
> Δι' ὅν ἄστρων μέγα κάλλος &c.

Ad officium tamen ſuum) Illud *tamen* abeſt à MS. cod. nõ malè. ita enim loqui amarũt Eccleſiaſtici. Valerianus infrà; *Quamuis homo purum corpus immaculatumq. cuſtodiat, laceratam vitam ad Deum portat* &c. Ebraiſmus eſt Biblicis in ſcriptoribus non rarus. Lucas Actor. vlt. v. XIX. Ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων, ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα· οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους μου ἔχων τι κατηγορῆσαι. Iudas epiſt. v. VIII. ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι &c. particula μέντοι deeſt MS. codici Monaſterij S. Galli, & noſtro, quo vetuſtiorem nego me vmquam vidiſſe quemquam. omittit quoq. Latinus Interpres vetus.

 Defectio-

Defectionis ſuæ damna effugiat) Reſcribo ex v. l. *damna ſentiat*. Caſſiodorus Variar. l. iv. form. LI. *ſic ſuam ſubſtantiam vbiq. diſpergere, vt non videatur damna ſentire.* A. Gellius *damna Lunæ & aucta* pro deminutione & augmento dixit, l. xx. Noct. Att. c. vii. Opponuntur enim inter ſe *auctum* & *damnum*, vt apud Græcos κέρδος & ζημία, quod docet Ariſtotel. Ethic. Nicomach. l. v. c. iv. Exempla petere eſt ab Democrito apud Stobæ. περὶ ἀδικίας, Xenophonte Pædiæ iv. Iſocrate in Nicocl.

Vt diſceretis obædire euangel. præceptis) Eucherius Parænet. eâdem ſuper re; *Voluntati auctoris parere, præceptiſq. eius vacare diſcat, quia omne iſtud cùm præbet miniſterium, præſtat exemplum.* MS. legit; *vt diſcretis euang. ob præc. &c. obt. M. diſcimus*. Corrigo; *vt diſtrictis euang. obæd. præc. &c. o. m. diſcamus*. *Diſtricta euangelica præcepta*. Clerus Romanus vocat *ſeueritatem euangelicæ diſciplinæ*, apud Cyprian. epiſt. xxxi. Hinc apud Gratianum diſt. xlv. c. xiv. titulus eſt reſtituendus; *Manſuetudo & diſtrictio ab inuicem non ſeparentur*. vulgò *diſcretio*.

Apprehendite diſciplinam) David ſcripſit, נשקו בר qui locus aliter à Septuaginta olim, quam nobis, videtur lectus. בר arbitror ego illos legiſſe cum cholem, quod eſt à בר, vt παιδεία à παῖς, diſciplina à diſcipulus. Ioſephus Cæcus Chaldæus Paraphraſtes; קבלו אולפנא, *recipite diſciplinam*. quod mirum quantum opinioni noſtræ diſconducit. verumtamen Rabbinorum, qui *oſculamini filium*, exponũt, vero propior ſententia. eam ego argumentis nunc vincam. בר per ſe ac propriè ſignificat purum, vt Pſalm. xxiv. v. iii. ab attributâ qualitate filium. Salomo Prouerb. xxxi. v. ii. ברי, *fili mi*. videndus Elias Leuita in Thesbyte, ſuper

hoc

hoc ipſo Dauidis, quem enodamus, loco. eodem exemplo priſcis Romanis, quorum ſermo propiùs aberat ab Ebraiſmo, *purus* dictus filius. paradigmata habes apud Plautum & Lucretium. exinde ὑποκοριστικὸν *pullus*, vt à puer, pucilus. igitur illa. R. Dauid Kimchi נשק interpretatur *os oſculari*, in Geneſ. XLI. v. xl. quod Latinis propriùm *adorare*. R. Abraham notat, נשק *conſtructum ſine* ל *ſignificare oſculari os: cum* ל *verò oſculari manum, humerum, aut genam, ſecundum cōſuetudinem prouinciarum*, in idem Geneſ. cap. Quæ quidem diſcriminatio non eſt perpetua vnde verò conſtat, *oſculari filium*, eſſe *adorare*, h. e. veluti Dominum ac Regem venerari, eiuſq. imperio ſubdi. Manuum in Palæſtinâ oſculatio ſubiectionis olim ſignū, vt apud Gallos hodie, Italos, Hiſpanos, horūdemq. ſimios nūc Germanos.
Præſumptio poſſideret) Qui prior vi, potior iure. Nam qui potētia & opibus præpollerent, omnia præcepta inferioribus ac imbecillis ſibi vindicarēt. hoc enim eſt *præſumere*.
Niſi furorem animorum) Sic infrà: *Nihil eſt quod non habendi ac poſſidendi cupiditate animus occupet*. at MS. *animarum*. Ebræis נפש pro אדם ſiue איש frequētatur. videdus R. Dauid Kimchi in Ier. I. I. *Anima* homo. Donat' in Phorm.
Ac niſi) Lege ex MS. *Hic niſi*.
Supplicio vindicatur latronis) quo latro adficitur, τιμωρεῖται, ἐκδικεῖται Ioann. Apocalypſ. vi. v. xi. ἕως πότε ὁ δεσπότης οὐκ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Interp. *Vſquequo non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum Deus qui habitant in terra*. τὸ αἷμα dicit quod Valerian. *crimen admiſſi ſceleris*.
Actibus iudex non præſcrib.) MS. omiſsâ voce legit; *actibus non perſcriberet diſciplinam* Fortean, *actibus non præſcriberet diſciplina*. propriè ornateque. Porphyrio videndus ad Horat.
 Anti-

Antiquam ſententiæ ſeueritatem) MS *antiquæ ſententiæ ſeu* refragante Valeriani formulâ. Infrà; *primam conſtitutionis formam.* pòſt; *antiquæ ſuperſtitionis errore.* Presbyteri & Diaconi Romani ad Cyprian. epiſt. xxxi. *Antiqua hæc apud nos ſeueritas, antiqua fides, diſciplina legitur antiqua.* Vocat *antiquam ſeueritatem* Valerianus, quòd ſublata ſit à Chriſto Matth. v. inter colenteſque eius vſurpari deſita.

Si vis nō timere) Videtur legiſſe Valerian⁹, εἰ θέλεις μὴ φοβεῖσθαι. Pauli verba ſunt; θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποίει. Apparet veteres non nimium curioſos fuiſſe, vt allegarēt ipſiſſima ſcripturę verba, quod & ipſos Euangeliſtas, ipſos Apoſtolos factitaſſe, in aperto. Exemplum in illâ paulò ante adductâ lege ex xx. Leuit. nec ſacrilegio duxit Paulus manca Moyſis verba adtuliſſe.

Quem excuſatum judicij corrupti) Ex diuinâ lege Homicidæ gladio & capite cœperunt puniri, Martianus l. III. §. V. D. ad L. Corn. de ſicar. Modeſtin. l. XVI. cod. tit. Sed apud Chriſtianos tantùm, § item L. Corn. IV. Inſt. de publ. iud. Itaque proba mihi M. Weſembecij, viri doctiſſimi coniectura exiſtimantis legem Martiani ab Treboniano interpolatam. At latrones ſupplicio adfecti vltimo ab omni æuo gentes apud omnes. Valerianus ſuprà.

Adulterij facinus prætermiſſum) impunitum, qua conditionē *Abire* dixere, impune relinqui. Ceterùm Adulterij pœna ex lege diuina capitalis eſt, & lapidibus vltoribus exſequebatur: ex lege Iulia ſeu potius conſtitutione Iuſtiniani Imp. gladio vindice, §. III Inſt. de publ. iud. videndus Cuiac. Obſeruat l. V. c. VI l. XIX c. XXXIX, l. XX c. XVII & l. XXI. c. XVII. Obſeruo ego tamen pœnam iſtanc ante Iuſtinianum.

nianum. Hieronymus in Nahum, c. I. *Quærat hic aliquis, ſi fidelis deprehenſus in adulterio decolletur, quid de eo poſteà fiat? Aut enim punietur, & falſum eſt hoc quod dicitur; Non iudicabit Deus bis in id ipſum in tribulatione. Aut non punietur & optandum eſt adulteris, vt in præſentiarum breui & cita pœna cruciatus fruſtrentur æternos* &c. Plura CL. Lipſius ad lib. IV. Annal. Taciti.

Sanam dexteram falſitatis reo.) falſario, quo nomine qui contineantur docet Cuiac. l. v. Sentent. Pauli t. xxv. & Paratit. Cod. ad L. Cornel. de falſ. Puto hîc intelligi falſi perſcriptorem, de quibus Tertull. de Idololatr. *Falſarios vtiq. non pedibus, ſed manibus operari malas litteras* inde in eos amputatione vindicatum manus. Idem aduerſ. Marcion. lib. v. *De manibus hæretici præcidendis, non miror ſi ſyllabas ſubtrahit, cum paginas totas plerumq. ſubducit.* Nam legis Corneliæ pœnâ teneri, qui de ſcripto aliquid ſubripuerunt, Paul. ſcribit l. xvi. §. vi. D. ad L. Cornel. de falſ. Sed de ipſâ pœnâ in veteri iure nihil reperio: nec mihi liquet quo auctore, aut quo primùm tempore legi Corneliæ adſuta, illud ſcio approbatam Iuſtiniano Nouell. xvii. c. viii. circa princip. & Nouell. xlii. c. i. §. ii. in fin. Friderico Barbaruſſæ l. ii. Feud. de prohib. feud. alien. tit. lv. §. vlt. Rothari Regi l. ii. c. xcviii. Leg. Longobard. vetitam Vrbano III. PP. c. audientes iii. de crim. falſ. Decretal. Gregor. lib. v. An intelligendus falſæ monetæ reus? nam & huic manus amputatas obſeruo, non apud Romanos, at alias etiam gentes. De Ægyptijs id clarè tradidit Diodorus Sicul. l. ii. c. v. De Græcis Harmenopulus l. vi. tit. περὶ διαφόρων ποινῶν, §. περὶ μονήτας, & in Baſilic. l. lx. tit. περὶ χαρακτῶν καὶ περὶ παραψαλιστῶν. De Lõgobardis extat edictũ Rotharis Regis d. cap. xcviii.

xcviii. quod confirmatum poſtidem Karolo M. in Capitul. tit. de falſ. monet. & comprobatū legib. Wiſigotthor. l. ii. tit. v. l. viii. De Romanis veſtigium dumtaxat in Novell. c. xxxiv. c. xiii. vbi hæc ab Iuſtiniano pœna ſuffertur, præterquàm id ob Græcos ſancitum. Lampridius tamen ſcribit falſario inciſos digitorum neruos Alexandri Imp. edicto.

Defunctis corporibus ſalua ſunt crimina) Reſpicit ad id, quod regulariter crimina morte reorum exſtinguantur, & accuſatio perimatur, l. iii. & l. vi. D. de publ. iud. & tot. tit. C. ſi reus vel accuſ. Symmach. l. x. epiſt. xlvii. Gunther. l. iii. Ligurin.

Niſi fuerūt prius) Lego, *niſi ſi*, pro ſed ſi. *Niſi* valet ſed. Plaut. Stich. a. I. ſc. ii. —— *Miror quid ſiet: Niſi, vt periculū fiat, viſam quid velit.* Idem Aulul. *Niſi hoc nunc faciam, vt in puteo cænam ſequant: coctam vnde ſurſum ſubducemus corbulis.* Cic. l. iii. epiſt. i. *Niſi tamen multo minus* &c. & epiſt. xiii. *De re nihil poſſum iudicare, niſi tamen* &c. ad Attic. l. v. ep. x. & xi. ep. vi. & xxiii. Ebræis אם־לא vel (quæ R. Dauidis Kimchi lib. Radicum ſcriptura) אם·לו. Scriptorib. Novi Fœderis εἰ μὴ. Matth. xxiv. v. xxxix. περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος. & paſſim alij. ſic ἀλλὰ pro εἰ μὴ, conditione inuerſâ, poſuit Marc. ix. v. viii.

Exſpectat reum ſuum gehenna) MS. *Spectat.* Columbanus Monoſtich.

Impius horrendas ſpectat pro crimine pœnas.

Paderbornenſis Monachus de Vita Caroli M. lib. iii.

moratus

—————————— *moratus*

Iunior eſſet in his Carolus, ſpectatque reuerſum.

Non ſolùm criminis) MS. *Non ſolis criminis.* emendat Lectius, *non ſolius criminis.* quo pacto Symmachus loquitur, & noſter infrà; *in hoc ſolo conſtat conuerſionis ratio.* ita & inibi MS.

Deſtituit? inter vtrorumq. actus) MS. ita leg. hunc locum; *diſtituit inter vtrumq.? quorum actus auctoritas Prophetica lect. incuſat? Minor eſt planè culpa, non perueniſſe ad diſciplinam, quàm diſciplina feciſſe iacturam. Ecce* &c. impendiò melius, *deſtituit inter vtrumq.* vt nec iuris, quod cognouere, ignorantiam, nec facti poſſint, quo peccauere, obſeruantiam excuſare. Sententiam tulit Chriſtus Ioan. XV v. XXII. εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Minor eſt planè culpa) Cyprianus de Diſcipl. & hab. virg. *Quod ſit ſcilicet minor culpa deliquiſſe ante, cum nec dum noſſes diſciplinam Dei; nulla ſit venia vltrà delinquere, poſtquam Deum noſſe cœpiſti.* Clerus Rom. ad Cyprian. epiſt. XXXI.

Dicunt aliquanti) τινές. Tanti, quanti; τοσοῦτοι. πόσοι. περὶ πλήθεος. Ioann. VI. v. IX. ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστι εἰς τοσούτους; Interp. *Sed hæc quid ſunt inter tantos?* Rectè ibi explicat Syrus interpres. Idem Ioannes vlt. v. XI. καὶ τοσούτων ὄντων οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον. Interp. *Et quum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.* Auguſtinus, quum eius vim pronominis nequiret obſeruare, nouum atq. perperum explicationis cōfinxit ſenſum. Lex. GræcoLat. τοσοῦτοι. *tanti, tot.* vtantur vel venuſtiores, vt occiderit cauſſa cur illud improbaret Beza.

Ille Diabolus auctor mortis) Ille, ὁ, non diſtinguunt, ſed excellen-

cellentiam & præſtantiam notant. Ioann. viii. v. xliv. ὅτι ψεύστης ἐστι, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. vbi vertere debebat Interp. *ille pater eius. Pater* eſt auctor. Eucher de Deo; *Fidem promiſſorum fidelis ille, ille auctor inculcat.*

Superbia ingrata) Claudianus l. ii. de Stilic. laud.

> ——*Quum ipſa ſuperbia longè*
> *Diſceſſit, vitium rebus ſol emne ſecundis,*
> *Virtutumque ingrata comes* ———

In confuſionem) MS. *confeſſionem.* perperàm. *Confundi* Græcorum eſt συγχέεσθαι, quod pro ἐπισχύνεσθαι vſitatum. Philoxen. Gloſſ. *Cõfuſa*, αἰσχυνομένη In Excerptis Steph. cõfuſio αἰσχύνη Petronius Satyr. *Poteris hanc ſimulationem & lacrimis & vultus confuſione obumbrare.* Valerian ſuprà; *Ad confuſionem magis præſentis vitæ, non ad abſolutionẽ* &c. Sic Seneca, & Patres ad vnum. & improbandus Beza, qui improbat.

In gyro ducti) Cic. lib. 1. Offic. *In gyro rationis & doctrinæ duci.* Iacobus epiſt. c. iii. v. iii. ἰδοὺ τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν. quem locum Valerianus ob oculos habuit. *Gyri*, ſcrobes rotundi, in quibus equos μετάγουσιν etiam hodie.

Numero diuidit) τῷ ἀριθμῷ in eâdem ſpecie. Porphyrius Iſagog. cap. iii.

Fortia boum corpora) Seuerus Endeleichus de Mortibus boum;

> *Plauſtris ſubdideram fortia corpora*
> *Lectorum, ſtudio quo potui, boum.*

Bacchylides; ἢ βοῶν παρέστι σώματα· apud Athenæum lib. xi.

Imperio

Imperio animum parant) Petron. Satyr. *O Enothea imperio parate.* ita rectè q. codd. vulgò, *parere.* Lanfrancus ad Diſcipul. *Pudeat te videre quod animalia bruta ſe imperio parant, & tu diſciplinæ recalcitras.*

Paſſim præcepta) MS. *pati diſciplinæ præcepta neglegere.* *Patior neglegere*, neglego. Cic. ad Attic. lib. XII. *Vt eos, quos tutari debeant, deſertos eſſe patiätur.* Plaut. Bacchid. ſc. vlt.

Age iam id, vt vt eſt, etſi eſt dedecorum, patiar ſacere.

Mamertinus Panegyr. *Noctes omnes dieſq. perpeti, ſollicitè pro omnium ſalute tranſigere.* tollenda diſtinctio & continuandum, *perpeti ſollicitè p. o. ſ. tranſigere.* Sedulius Acroſtich. in Natiuit. Dom.

Fœno iacere pertulit.

Sic *Velle* cum effectu accipitur. Vlpian. l. VI. D. de Reg. iur: *Non vult heres eſſe, qui ad alium transferre voluit hereditatem.* h. e. tranſtulit, vt veriſſimè explicat Decius, nec abit Bulgarus vetus Interp. Hierony. Cagnollus, locutione non obſeruatâ, *transferri* emendauit. multis modis perperàm.

Iuſſum obijciat) MS. *iuſſus obiciat*, & ſubauditur equus. Ebraiſmus, quo relatiua ad ſenſum, quàm ad verba referuntur. Iſidor. Sentent. l. III. c. LII. *Sub religionis diſciplinam ſæculi poteſtates ſubiectæ ſunt: & quamuis culmine regni ſint præditi, vinculo tamen fidei tenentur adſtricti.* ſubintellege, principes. Interpres Iere. IX. v. ſl. *Omnis domus Iſrael incircumciſi ſunt corde.* in Ebræo בית maſculini quidem generis, tamen Interpres Iſraelitas reſpexit. Matth. XX. *principes gentium dominantur eorum.* ſc. gentilium.

Beza barbaries incuſat Interpretem. quàm iuſtè, videamus. Salomo Prouerb. IV. v. XIII. נצרה *cuſtodi eam*, pro נצרו *cuſtodi eum*. nam antecedens eſt gen. maſcul. Marcus V. v. xli. καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς τοῦ παιδίου, λέγει αὐτῇ. quaſi præceſſiſſet τῆς κόρης. nec erat vt Beza reponeret αὐτῷ. Lucas VIII. v. 5. τὸν σπόρον &c. καὶ ἕτερον ἔπεσεν &c. nimirũ σπέρμα. Ioannes XVII. v. II. καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσει αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. αὐτοῖς, ſc. ἀνθρώποις. v. VI. Sic Apocalypſ. v. cum prælegatur ἀρνίον, ſequitur v. IX. ἄξιος. & v. XIII. cum præcedat κτίσμα, ſequitur λέγοντας. Ioann. epiſt. II. in princ. καὶ τοῖς τέκνοις, οὓς ἐγὼ ἀγαπῶ. videlicet υἱοῖς. pro quo τέκνα dixit. auctoritate, ſi vis faſque eloqui, principis poetarum, qui φίλε τέκνον ſcripſit ἀντὶ τοῦ παῖ. Odyſſ. β. & π. vnde Anacreonti ſua ſibi conſtare lectio poteſt, quã Stephanus cum Beza turbant; βρέφος, φέροντα τόξον. velut anteceſſerit παῖδα. Attici enim, ita in alijs, Ebræos imitantur. Thucydides; ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι. ac ſi dixerit νόσημα. Ipſos Atticos Latini.

Terentius;

Curemus æquam vterq. partem, tu alterum
Ego verò alterum ———————— Idem; *Vbi eſt*

ſcelus, qui me perdidit. Varro l. I. de Re ruſt. c. XII. *Sin cogare ſecundum flumen ædificare, curandum ne aduerſum eum ponas.* ita in MSS. eſſe Victorius atteſtatur.

Agnouit bos poſſeſſorem &c. Iſrael autem me non cognoſcit) ſic MS. & hîc & illicò; *Non cognoſcit Dominum, qui conditionis ſuæ non agnoſcit officium.* Iſidorus Different. lib. II. *Inter cognoſcimus & agnoſcimus hoc intereſt, quod Agnoſcimus co-*

mus cognitos , Cognoſcimus quod nunquam vidimus.

Ne noſtram neglegẽtiam pulſet) accuſet. Philoxenus Gloſſ. *Pulſat*, αἰτιᾶται, ὠθεῖ. Ibidem; *Pulſati*, κατακτώμενοι, αἰτιαθέντες. Doſitheus lib. II. *Pulſauit pudorem*, ὕβρισεν αἰδῶ. ita emendaui. in MS. erat, ἴβεισεν ἀίτε. *Pulſatus*, accuſatus. Cicero Verr. v. *Pro decima cum pulſatus à Venerio eſſet.* Verbum ICtis protritum, quum maximè Aniano veteri Interpreti.

Involutum pannis) ἐσπαργανωμένον Lucæ II. v. XI. *Pannoſum* Hymn. Dies eſt Lætit. Interpres Sapient. VII. v. IV. *In inuolumentis nutritus ſum.* Vigilius cont. Eutych. lib. IV. *Si inuolumenta noſtra natura, profectò noſtra natura infirmitatem habuit. neque enim pannorum inuolumentis* &c. *Panni*, linteamina trita & lacera, Græcis ῥάκος. Cyrillus an Philoponus; ῥάκος, *veſtis attrita.* Iob XXXI. v. XIX. ad mentem Valeriani; *Si deſpexi prætereuntem, eò quod non habuerit indumentum, & abſq. operimento pauperem.*

Conuerſationis) MS. *conuerſionis*. Sic infrà; *Sed in hoc ſolo conſtat conuerſionis noſtræ ratio, vt boni ſimus.* ita & illic MS. *Conuertere*, conuerſari, quemadmodum *Aduertere*, aduerſari.

Prius cordis ſic corporis) *Sic* & *Ita* veterib' fuit igitur, proinde vt Græcis οὕτως, docẽte Eraſmo & Beza in Ioã. IV. v. VI. Iã verò *igitur* nõnumquã pro tum, deinde, poſteà. Philoxenus Gloſſis; *Ita demũ*, οὕτως κὰν, τότε δή. Cominianus, vetus Grammat. *Ordinis, deinde, deinceps, tunc, ante, poſt, ſic* &c. *Ita*, Græcè εἶτα. Cic. pro Cluent. *Aliquot dies ægrotaſſe, & ita mortuum.* Marcell. l. XXXVI. in princ. v. deinde, D. de cond. & demonſt. Modeſtin. l. 7. §. 1. in fi. D. de iure Patron. Paul. l. XXVIII. §. IV. D. de iudic. & lib. V. Sent. tit. XVIII. Gaius l. LXIII. §. ſi ſub cond. D. ad SC. Trebellian.

Omnis igitur vita religionis) Locus corruptiſſimus. MS. *Omne i. vita r. p i. de. famæ ſentiri, neq. expectata corona virtutis aut pudoris d. feriatur, aut corporis integritas fidem muniat, integ.* Quæ verba vt corrigas, nequiquam attentabis. Parilis tamen illa, quæ ſequitur, ſententia: *Vita noſtra ita ſit lucida, vt ſit omnibus nota. Integritas religioni, pudor ſeruiat humilitati.*

Cuius actus vultum infamat) Corrige, *infamant*. Si puro ſis animo, & benè ſibi conſcio, externæ tamen actiones ſpeciem illam integritatis ſuſpectam reddunt. Cyprian. de diſcipl. & hab. virg *Parens ſe integritas in omnibus præſtet, nec bonum corporis cultus infamet.*

Vanis ſuſpicionibus agrot.) ποιητικῶς. in illo, quod ſequitur, *falſis ſuſpicionibus laboraſſe*, παθητικῶς

Quis te non ebrium) Vitium ebrietatis ſaltatio. Cicero; *Nemo ſaltat ſobrius, niſi inſanus.* Poeta Græcus;

——— Τὸς αὐτός τοι ὁ οἶνος
Καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι καὶ ὀρχήσασθαι ἀνώγει.

Proinde Bacchus θεὸς λυαῖος καὶ χορεῖος, Plutarcho Sympoſ. III. Probl. VI.

Scenico ſermone) impudico, turpi, mimico. Cicero II. de Orat. *Vitandum eſt Oratori vtrumq., ne aut ſcurrilis locus ſit, aut mimicus.* inde *obſcenum* Varro dictum putat lib. VI. de L. Lat. argumenta dicet A. Gellius l. XX c. III. Tertullian. de ſpectat. c. VII. Minutius Felix in Octauio, Iuſtinianus Nouel. LI. non longè à princ.

Colloquium meretricis) Macharius epiſt. ad Monachos; *Cum ſis iuuenis, ſuſtine impetum libidinis ſed non confabulationem mulierum.* Anonymus Auctor de contemptu mundi;

Si Domi-

Si Dominum quæris, fuge colloquium mulieris,
Colloquium quarum nihil eſt niſi virus amarum.

Eâdem loquendi formâ ſuprà vſus; *Supplicio vindicatur latronis.* i. quo latro adficitur. Terentius Hecyr. a. IV. ſc. II. *Vt caperet odium illam mei.* ex MSS.

Sufficit mihi pura conſcientia) Phœbadius cōtra Arrianos; *Sufficiebat conſcientia pura tenere quod credit, æſtimanti fore rectius tueri propria quàm extranea & aliena diſcutere:* MS aliter legit ac diſtinguit, hac fronte; *Sufficit mihi pura conſcientia, quantum ad nocentiam pertinet. tibi ſoli ſufficit. ſed* &c. Gloſſ. vett. *Nocentia, culpa, reatus.* Eædem; *Noxia, ſententia, noxa.*

Niueo vellere) velours. Sil. Italicus;

——— *Niueæ ſplendentia vellera lanæ.*

Eſaiæ I. v. XVIII. in fin. Valeriani æuo diuites albo ſerico amiciebantur. Sidonius l. IV ep. XX. de Sigiſmere regio iuuene; *Flammeus cocco, rutilus auro, lacteus ſerico.*

Otioſis auribus) σχολαστικοῖς, neglegentibus & tędioſis. *Otioſè*, tralaticiè, perfunctoriè, obiter. Suprà; *Sed hæc non otioſè tractanda ſunt.* Interpres Origenis hom. VII. in Ioſ: *Sed illud non otioſè tranſmittendum eſt.* Apud Gratianum diſt. XLV. c. XVII.

EXPLICIT.

S. COLVMBANI
ABBATIS,
Carmina.

EX BIBLIOTHECA MONA-
STERII S. GALLI.

Lectori Columbanus;

Quæ facere meliora nequij, vtor pro meis:
Nam dicta vetera inuertere, impietas mera eſt.

V. NOB. AC MAGNIFICO
MARCO VELSERO,
EXCONSVLE ET VII. VIRO AVGVSTANORVM

MELCHIOR HAIMINSFELDIVS Goldaſtus S. D.

VT VITA ſine litteris mors eſt, ac viui hominis ſepultura; ſic ſtudia ſine moribus vmbra & vani laboris cruciamentum. Ea re libēter ac frequenter me ad ſcriptores morales, in quoddam

quaſi diſciplinarium, ſoleo conferre. Quorum in numero Columbanum repono, canis moribus & fide antiqua Patrē. Nam tuum animum, Velſere Magnifice, vidiſtin' quidquam gravius, ſententioſius, inter medij æui ſcripta? Non ego, ſine dolo dicam, qui numquam ab eius lectione, niſi doctior æquè ac moratior diſcedo. Et ſunt tamē delicati homines, qui hunc & ſimiles ſcriptores fuiſſe velint. à quibus nos profectò diſſentimus,

mus,qui quanti hoc genus ſcriptorum exiſtimes, non vnis teſtimonijs in publico docuiſti. Quæ me perduxere adeò, vt quæ ad Columbanum legendo adnotaui, tibi potiſsimùm arbitranda mitterem, ſimul teſtatũ facerem, me immortales iſtoſce ſcriptores eo illuſtrare animo, vt mortales illuſtremur ab illis; ita emendare, vt vita noſtra pariter emendetur. Ad eam rem auctoritate tuâ opus, Velſere, cuius apud noſtros cenſura non

minor , quàm Catonis olim apud Romanos. Poteris itaq. & facies, vt Colũbanus iã tuus eâ, qua dixi, auctoritate, quàm plurimis commendetur. Faciam & ego, vt omnes intellegant, in hoc dignitatis ſummo gradu nihil mihi videri humanitate tua maius, nihil prudentia gravius, nihil doctius eruditione. Ex ædibus Schobingeri noſtri; à quo ſalutem nuntio, A. N. D. ∞ Iↄ CIII. S. Galli.

S. COLVMBANI ABBATIS Carmina.

I.

AD HVNALDVM Epiſt.

C *Aſibus innumeris decurrunt tempora vitæ;*
O *mnia prætereunt; menſes voluuntur in annis;*
L *abitur in ſenium momentis omnibus ætas.*
V *t tibi perpetuam liceat conprendere vitam,*
M *olles inlecebras vitæ nunc ſperne caducæ.*
B *landa luxuria virtus ſuperatur honeſta.*
A *rdet auaritia cæcaque cupidine pectus.*
N *eſcit habere modum vanis mens dedita curis.*
V *ilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.*
S *umma quies, nil velle ſuper, quàm poſtulat vſus.*

Hos

H os ego verſiculos miſi tibi ſæpe legendos:
V t mea dicta tuis admittas aur:bus,oro.
N e te decipiat vana & peritura voluptas.
A ſpice quàm breuis eſt procerum regumque poteſtas.
L ubrica mortalis citò tranſit gloria vitæ.
D a veniam dictis,fuimus fortaſſe loquaces.
O mne quod eſt nimium,ſemper vitare memento.

II.

AD SETHVM
Epiſt.

SVſcipe, Sethe,libens,& perlege mente ſerena
Dicta Columbani fida te voce monentis.
Quæ licet ornatu careant ſermonis honeſti,
Vota tamen,mentiſque piæ teſtantur amorem.
Viue,Deo fidens,Chriſti præcepta ſequendo,
Dum modò vita manet,dum tempora certa ſalutis:
Tempus & hora volat,momentis labitur ætas.
Deſpice,quæ pereunt,fugitiuæ gaudia vitæ.
Non fragiles ſecteris opes,& inania lucra.
Nec te ſollicitet circumflua copia rerum,
Sint tibi diuitiæ,diuinæ dogmata legis,

Omnia quæ dociles ſcripſerunt antè magiſtri,
Vel quæ doctiloqui cecinerunt carmina vates.
Has cape, diuitias ſemper contemne caducas,
In mentemque tibi veniat tremebunda ſenectus,
Quam gelidæ tandem ſequitur violentia mortis.
Vltima iam ſapiens meditatur tempora vitæ,
Torpentes ſenio vires, morboſque frequentes,
Incertumque diem leti, certoſque dolores,
Multa ſenem fragilis vexant incommoda carnis.
Nam macie turpi tabeſcunt languida membra.
Tunc genuum iunctura riget, venaſque per omnes
Illius in toto frigeſcit corpore ſanguis:
Sic baculo nitens artus ſuſtentat inertes.
Quid triſtes memorem gemitus? quid tædia mētis?
Somnus abeſt oculis, illum ſonus excitat omnis.
Quid tunc argenti, fului quid proderit auri
Improba congeries multos collecta per annos?
Munera quid procerum? ditis quid prandia mēſæ?
Quid meminiſſe iuuat tranſactæ gaudia vitæ?
Venerit extremi tandem cùm terminus æui?
Hæc, dum vita volat, vigili qui mente retractat,
Spernit auaritiam, vanoſque refutat honores.
Quid modò terrenis mentes intendere curis
Mortales cupiunt? quid turpia lucra ſequuntur?

Semper auarus eget nummo, teſtante Poeta,
Creſcit amor nummi, quantum ipſum pecunia creſcit.
Indiget inter opes, nec habet, quod habere videtur.
Ille domi ſolus nummos abſcondit in arca
Diuitias cumulans: dum ſeſe neſcit amare,
Plus amat heredem, ſeruat cui cuncta fidelis.
O' nimiùm felix, parcus cui ſufficit vſus,
Corporis vt curam moderamine temperet æquo!
Non miſera capitur cæcaque cupidine rerum,
Nec maiora cupit, quàm quæ natura repoſcit:
Non lucri cupidus nummis marſuppia replet,
Nec molles cumulat tinearum ad pabula veſtes:
Paſcere non pingui procurat fruge cauallos,
Nec trepido tales voluit ſub pectore curas,
Ne ſubitis pereat collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.
Viuitur argento ſine iam ſine viuitur auro.
Nudi naſcuntur, nudos quoq. terra receptat.
Diuitibus nigri reſerantur limina Ditis,
Pauperibuſque pijs cæleſtia regna pateſcunt.
Temnere diuitias monuit Saluator auaros.
Quiſquis amat Chriſtum, ſequitur veſtigia Chriſti.
Nam breuis & fragilis morituræ gloria carnis,
Quicquid habet, rapidi velox fuga temporis aufert.

Pulchrè

Pulchrè veridici cecinit vox talia Vatis,
Tempora dinumerans æui vitæque caducæ:
Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur.
Alternant elementa vices, & tempora mutant:
Accipiunt augmenta dies nocteſque viciſsim.
Tempora ſunt florum, retinet ſua tempore meſsis:
Sic iterum ſpiſſo veſtitur gramine campus.
Tempora gaudendi ſunt tempora certa dolendi:
Tempora ſunr vitæ, ſunt triſtia tempora mortis.
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, æſtas, autumnus, hiems, redit annus in annum:
omnia cùm redeunt, homini ſua non redit ætas.
Hæc ſapiens omni ſemper reminiſcitur hora,
Atque domum luctus epulis præponit opimis.
Vltima nunc humili concludam verba precatu;
Sis memor ipſe mei, verſus cùm legeris iſtos,
Tempora ſic habeas optatæ longa ſenectæ.

III.

AD FEDOLIVM
Epiſt.

ACcipe, quæſo,
Nunc bipedali
Condita uerſu
Carminulorum
Munera parua:
Tuque frequenter
Mutua nobis
Obſequiorum
Debita redde.
Nam uelut æſtu,
Flantibus Auſtris,
Arida gaudent
Imbribus arua;
Sic tua noſtras
Miſſa frequenter
Lętificabit
Pagina mentes.
Non ego poſco
Nunc perituræ,

Munera gazæ:
Non, quod auarus
Semper egendo
Congregat, aurum;
Quod ſapientum
Lumina cæcat,
Et uelut ignis
Flamma perurit
Improba corda.
Sæpe neſanda
Crimina multis
Suggerit auri
Dira cupido.
E' quibus iſta
Nunc tibi pauca
Tempore priſco
Geſta retexam.
Exſtitit ingens
Cauſa malorum
Aurea pellis.
Corruit auri
Munere paruo
Cæna Dearum,
Ac tribus illis

Maxima lis eſt
Orta Deabus.
Hinc populauit
Troiugenarum
Ditia regna
Dorica pubes:
Iuraque legum
Faſque fideſque
Rumpitur auro.
Impia quippe
Pigmalionis
Regis ob aurum
Geſta leguntur.
Sic Polydorum
Hoſpes auarus
Incitus auro
Fraude necauit.
Femina ſæpe
Perdit ob aurum
Caſta pudorem.
Non Iouis auri
Fluxit in imbre,
Sed quod adulter
Obtulit aurum,

Aureus ille
Fingitur imber.
Amphiaraum
Prodidit auro
Perſida coniunx.
Hectoris heros
Vendidit auro
Corpus Achilles.
Et reſerari
Munere certo
Nigra ſeruntur
Limina Ditis
Nunc ego poſſem
Plura referre,
Ni breuitatis
Cauſa uetaret.
Hæc tibi, Frater
Inclite, parua
Litterularum
Munera mittens
Suggero uanas
Linquere curas.
Deſine, quæſo,
Nunc animoſos

Paſcere pingui
Farre cauallos.
Lucraque lucris
Accumulando
Deſine mummis
Addere nummos.
Vt quid iniquis
Conſociaris,
Munera quorum
Crebra receptas?
Odit iniqui
Munera Chriſtus.
Hæc ſapienti
Deſpicienda,
Qui fugitiuæ
Atque caducæ
Cernere debet
Tempora uitæ.
Sufficit autem
Iſta loquaci
Nunc ceciniſſe
Carmina uerſu
Nam noua forſan
Eſſe uidetur

Iſta legenti
Formula uerſus.
Sed tamen illa
Troiugenarum
Inclita Vates
Nomine Sapho
Verſibus iſtis
Dulce ſolebat
Edere carmen.
Si tibi cura
Fortè uolenti
Carmina tali
Condere uerſu,
Semper ut unus
Ordine certo
Dactilus iſtic
Incipiat pes.
Inde ſequenti
Parte trocheus
Proximus illi
Ritè locetur.
Sæpe duabus
Claudere longis
Vltima uerſus
Iure licebit.

Tu modò, Frater
Alme Fedoli,
Nectare nobis
Dulcior omni,
Floridiora
Doctiloquorum
Carmina linquens
Friuola noſtra
Suſcipe lætus.
Sic tibi Chriſtus,
Arbiter orbis,
Omnipotentis
Vnica proles,
Dulcia uitæ
Gaudia reddat:
Qui ſine fine
Nomine Patris
Cuncta gubernans
Regnat in æuum.

Hæc tibi dictaram morbis oppreſſus acerbis,
Corpore quos fragili patior, triſtique ſenecta.
Nam dum præcipiti labuntur tempora curſu,
Nunc ad Olympiadis ter ſenos uenimus annos.

Omnia prætereunt,fugit inreparabile tempus.
Viue,uale lætus,triſtiſque memento ſenectę.

IIII.

IN MVLIERES.

OMnis mente pius fugiat mortale uenenum,
Quod mulieris habet lingua ſuperba malæ.
Conlatum uitæ deſtruxit femina culmen,
Femina ſed uitæ gaudia longa dedit.

V.

MONOSTICHA.

HAEc præcepta legat deuotus, & impleat actu,
Virtutum titulis vitam qui quærat honeſtam,
Vel homines inter cupiat præclarus haberi,
Vel morum meritis cæleſtia regna mereri,
Atque Deo Chriſto ſocius ſine fine videri.

Impleat ipſe Dei, qui vult ſua vota venire.
Viue Deo fidens Chriſti præcepta ſequutus.
Sint tibi diuitiæ, diuinæ dogmata legis.
Corporis exſuperat vires prudentia mentis.
Omnibus eſt mundi melior ſapientia gazis, (rum.
Semper amanda quidem eſt rerum doctrina bona-
Optimus eſt animus Chriſti veſtitus amore.
Dæmonas aduerſus magna eſt oratio virtus.
Vt moneas carum noli deſiſtere amicum.
Morbi cauſa mali nimia eſt quæcumque voluptas.
Tu dare ne claudas palmas, & prendere pandas.
Semper in ore tuo reſonent bona verba ſalutis.
Ne, rogo, vindictam tua mens meditetur amaram.
Sint tibi pacifici magna dulcedine mores.
Ne tua pœniteat, caueas, victoria temet.
Fer patris imperium, dùm verbis exit in iras.
Quiſque dies vitæ eſt velut vltimus ecce putãdus.
Quod dare non poſsis, noli promittere verbis.
CEtenasſtu deas vitiorum vincere turmas.
Te ferat ad cælum quadriga repleta ſalutis.
Lingua ſuos habeat frenos in corde ligatos.
Vir bonus eſſe nequit, niſi qui ſiet omnibus æquus.
Qui ſcelera abſcondit, veniam non forte meretur.
Qui bona deſueſcit, mox hic conſueſcit iniqua.

Non

Non tu,quæſo,iocis lædas nec carmine quemquam.
Sæpiùs auditu inſtrueris,quàm voce fruaris.
Sit ſeruus mentis venter,ſit ſerua libido.
Non perdit pietas,quidquid largire videtur.
Non opibus bona fama datur, ſed moribus almis.
Fac ne te meritò verbis irrideat alter.
Pro miſero miſerans lacrimas effunde ſodali.
Eripe,ſi valeas,non ſuggere tela furenti.
Sæpe nocet puero miſeratio blanda magiſtri.
Ignotum noto numquam præpones amico.
Omnia,quæ dicunt homines,tu credere noli.
Non ſibi quis viuat,Chriſto ſed viuat vbique.
Non tua,ſed Chriſti,quæras qui diligis illum.
Non te,non mundum,Chriſtum ſed dilige ſolum.
Cum ſapiente loquens perpaucis vtere verbis.
Nil oculi proſunt,quibus eſt mens cæca videndi.
Diuitis opprobrium gemitus eſt pauperis ingens.
Plurima diſcenti ſemper ſapientia creſcit.
Iudicium reſtat cunctis certiſſimè factis.
Adueniet iudex, cunctis qui iuſta rependat.
Inclita perpetuam præſtat patientia vitam.
Te feritate magis faciat moderatio clarum.
Egregios faciat mentis conſtantia mores.
Conſilio facias,rogo,ſit tibi quidquid agendum.

Omnis quippe ætas aliquo ſub faſce laborat.
Vera quidem veterum iuuenis paradigmata rere.
Felix qui cauſam loquitur prudentis in aurem.
Tantum verba valent, quantum mens ſentiat illa.
Omnibus eſt locuples, qui rebus abundat honeſtis.
Non erit antiquo nouus anteferendus amicus.
Difficilè inuenias verum fortaſſis amicum.
Moribus egregiis facias tibi nomen honeſtum.
Nemo quidem plures habuit, quàm perdit, amicos.
Cui prodeſt, ſocio qui non prodeſſe putatur?
Sola fides fidei dono ditabitur almo.
Leuis non animam torquentis cura fatiget.
Res ſe vera quidem ſemper declarat honeſtè.
Quid peius, quàm ſe vt iungat habitator iniquus:
Actibus aut verbis nolito adſueſcere prauis.
Eſt non eſſe quidem ſatius, quàm viuere prauè.
Mens bona theſauros præcellit munere cunctos
Vitam quippe tuam tota virtute tuere.
Omnia pro vita ſunt amittenda tuenda.
Præmeditata quidem leuiùs ſufferre valebunt.
Quæ ſubitò adueniunt multò grauiora videntur.
Gaudia ſunt populi Rector pius atque benignus.
Mors aliena monet propriæ nos mortis vbique.
Felix alterius, cui ſunt documenta, flagella.

Præmia

Præmia non capiet, ingrato qui bona præſtat.
Sit tibi carus homo, vt frater; Deus, vt pater almus.
Omnis paulatim leto nos applicat hora.
Ante diem mortis nullus laudabilis exſtat.
Quælibet ex fructu proprio cognoſcitur arbor.
Doctor erit magnus, factis qui, quod docet, implet.
Quod tibi vis fieri, hoc alio præſtare memento.
Quod tibi non optes, alij ne feceris vlli.
Pauperibus iuſtis cæleſtis gloria reſtat.
Aequum pondus habe, teneas & ſtatera iuſtum.
Non tibi ſit modius duplex, nec ſtatera dupla.
Corripe prudentem, reddetur gratia verbis.
Si tu recta facis, ne cures verba malorum.
Vtile conſilium Dominus ne deſpice ſerui.
Inter conuiuas fac ſis ſermone modeſtus.
Cùm quid peccaris, caſtiga te ipſe ſubinde.
Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris.
Diuitias Domini faciet benedictio claras.
Aeternam tribuit felix clementia vitam.
Vtere quæſitis opibus, fuge nomen auari.
Diſce, ſed à doctis, indoctos ipſe doceto.
Contra verboſos noli contendere verbis.
Sermo datur multis, animi ſapientia paucis.
Non læta extollant animum, non triſtia frangant.

Proximus eſto bonis. ſi non potes optimus eſſe.
Quanto maior eris, tanto tu cautior eſto.
Cumque alium cauſes, propriam prior inſpice vitã
Plus tua, quàm alterius, damnabis crimina iudex,
sis bonus atque bonis, læſus nec læde nocentem.
Qui prodeſſe poteſt, non eſt fugiendus amicus.
Cùm fueris felix, quæ ſunt aduerſa caueto.
Quæ culpare ſoles, hæc tu ne feceris ipſe.
Vita aliena tuæ tibi ſit cathegita vitæ.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
sit ſale iam ſophiæ ſermo tibi conditus omnis.
Magna quidē virtus noſtræ eſt moderatio linguæ.
Crede Deo, & proprios tunc tu tibi dirige greſſus.
Lux, timor eſt Domini, cordis; hunc dilige ſemper.
In Domino ſperans nullus confunditur vmquam.
Vir prudens animo eſt melior, quàm fortis in armis.
Corporis excellit vires ſapientia mentis.
Diuitias animo iniuſtas attendere noli.
Verbum dulce quidem tibi multiplicabit amicos.
Conuerti ad Dominum ne tardes tramite recto.
Doctrinis etiam variis non flexilis eſto.
Te via nam Domini teneat firmiſsima ſemper.
Iuſtitiæ & pacis placeant tibi verba loquendo.
Pax, precor, alma tuo placeat tibi ſemper in ore.

Rex ſapiens populum melius defendit ab hoſte.
Inſipiens rector populum diſperſerit omnem.
Gloria magna quidem Regi eſt ſapientia iuſta.
Iniuriaſque tuas in fratrem vlciſcere noli.
Semper auarus amat mendacia, furta, rapinas:
Sufficiat rerum dederat tibi quod Deus ipſe.
Quid terrenus homo, puluis & terra ſuperbit?
Principium ſceleris, pro! dira ſuperbia conſtat.
Sit tibi cura tuæ tota virtute ſalutis.
Vna dies, quales fuerint, oſtendit amicos.
Peccaſti ſolus, ignoſcere tu tibi noli.
Quod tacitum cupias, tacito committe ſodali.
Inuidiam nimio cultu vitare memento,
Inuidiæ maculat famam mala peſtis honeſtam.
Nil ſine conſilio facias, ſic facta probantur.
Qui Domino credit, ſeruat mandata ſalutis.
Semper enim ſapiens metuit ſibi iudicis iram.
Inſtanter facias, ſors quæ tibi tradat agenda.
Cum homine iniuſto nolito manere frequenter.
Nec redit vnda fluens, noſtrum nec tempus in annis.
Omnia finis edax deuaſtat gaudia mundi.
Qui pius & clemens, Dominus miſerebitur illi.
Infer nullatenus benefactis mente querelas.
Improperes numquam, dederis munuſcula ſi qua.

omnis pertractet primùm mens verba loquela.
Corporis auxilium medico permitte fideli.
Dum poteris, benefac caro tu ſemper amico.
Sic nouus, atque nouum vinum, vetereſcat amicus.
Rebus in aduerſis numquam dimittes amicum.
Semper amicus amat duratque fidelis amicus.
Alma dies noctem ſequitur, ſic dona labores.
Tempora dum variant, animus ſit ſemper honeſtus.
Conſilio mentis, quodque imminet, anteuideto.
Dum tibi vita viget, lacrimis mala crimina purges.
Noli iterare ſcelus, lacrimis dum diluis illud.
Luxuriis animo noli ſeruire malignis.
Qui modica ſpernit, minuit maiora per horas.
Tollitur ex numero ſanctorum perfidus omnis.
Oderit inſipiens ſapientis verba magiſtri.
Excitat in riſus fratres verboſus amaros.
Nil illo peius, ſceleri qui gaudet iniquo.
Cui ſecreta quidem credas, cautiſsimè cerne.
Corripe peccantem, noli & dimittere amicum.
Corriperere eſt melius notum, quàm perdere amicum.
Qui fratri ignoſcit, ignoſcit Chriſtus & illi.
Obſeruat ſapiens ſibi tempus in ore loquendi.
Inſipiens loquitur ſpretum ſine tempore verbum.
Multiloquax animam meritis denudat honeſtis.

Gloria quippe Deum Dominumque eſt magna timere.
Radix eſt ſophiæ Dominum de mente timere.
Aurum flamma probat, homines tentatio iuſtos.
Sperate in Domino, & veniet miſeratio vobis.
Dilige, qui cupias cæli bona gaudia, Chriſtum.
Felices faciet natos benedictio patris.
Pauperis & miſeri mentem ne afflixeris vmquam.
Diligit in ſophia ſe ſemper Chriſtus amantem.
Nec citus in lingua fueris, nec ſegnis in actu.
Non erit innocuus falſus per famina teſtis.
Diuitias addit Domini benedictio plures.
Iam magnum reddas modico tu munus amico.
Semper amicus amat; amor eſt pretioſior auro.
Diues erit, durè ſemper qui operatur in agro.
Otia qui ſequitur, veniet huic ſemper egeſtas.
Omnibus eſt opibus melior vir mente fidelis.
Exſuperat numerus iuſtorum regna potentum.
Ecce timens Dominum viuet felicibus annis.
Exſpectat lætus cæleſtia gaudia iuſtus.
Impius horrendas ſpectat pro crimine pœnas.
Corruit in præceps populus rectore nefando.
Præparat æternam mitis clementia vitam.
Qui bona ſectatur, prima bene ſurgit in hora.
Multorum profert ſapientis lingua ſalutem.

Hoſtibus in bello dominatur dextera fortis.
Seruiet & ſegnis duro ſub faſce laborum.
Lingua placata ſibi multos acquirit amicos.
Pone tuis verbis vectes, ſeraſque loquelis.
Qui præcepta Dei metuit, in pace moratur.
Nam bona perpetuam tribuet doctrina ſalutem.
Diligit hic natum, virga qui corrigit illum.

FINIS.

MEL-

MELCHIORIS HAIMINSFELDI GOLDASTI

In S. COLVMBANI ABBATIS CARMINA

Libellus commentarius

Ad

MARCVM VELSERVM.

Caput I.

SVPER AVCTORE.

B. COLVMBANVS, homo Scotus, in Galliâ Luxouienſis primùm, poſtinde Bobianus in Italiâ Abbas, eâ vitæ ſanctimoniâ atq. morum fuit grauitate, vt Apoſtolis æquipararetur. nec factū mutare decebat eos, qui ſoli ſapere ſuâ perſuaſione credunt. Nam tametſi nemo ad ſummam Apoſtolorum, nemo Euangeliſtarum ad virtutem proceſſit, ac ne ſcriptum quidem ſani prorſus coloris enituit; tamen non poteſt negari, Patrum dicta facta eodem Spiritus ſancti cibo paſta quàm

proximè abfuiſſe. Equidem Columbani facta, quæ patrauit mirificiſſima, cum mecum et cogito, cauſſam quamobrem Apoſtolicis viris non adſcribatur, non quiſquam mihi vnquam dicet. ea multi ſollerter atq. accuratim exſecuti ſunt: quorum mihi fides ſexcentis iſtis vitilitigatoribus multò potior. In primis autem diligens ac probus auctor Ionas Abbas, rerum gerendarum ſpectator atque arbiter. Bedas, notæ minùs probæ, ita fide, vt æuo poſterior, ideoq. cum iudicio lectitandus. Ceteri particulatim res eius perſtrinxere, alius alio meliùs. Nam ſunt quidam in fabulas proni luxuriantesque, quorum futilitatē ex Aimoino, Fredegario, Othone Friſingenſi, & Chronologo Caſſinenſi, veris vtiq. ſcriptoribus, facilè deprehendes. in illis, quæ, antequàm Italiam ingrederetur, geſſit, tradendis non contemnenda Walafridi, Wettini, Notkeri, Ratperti, Hepidanni, & Herimanni, ſcriptorum vitæ S. Galli, ſi dextrè legas, induſtria, quæque adeò impetrauit, vt ſuperſederem plura commemorare. Quæ res multos, vel doctiſſimos fugit, eam rem illuſtrandum eſt. *Columba* alius fuit *Columbano*. Illius feſtiuitas V. ID. IVN. huius XI. KL. DECEMB. celebratur, aſſerentibus Martyrologijs, Bedæ, Vſuardi, Adonis Treuerenſis, VVandelberti. & Romano. in quo tamen perperàm *Columbi* ſcriptum eſt pro *Columba*. Notkerus Balbulus in Martyrologio nec dum vulgato; *In Scotia, inſula Hibernia, depoſitio S. Columba cognomento apud ſuos Columbkilli, eò quòd multarum cellarum, id eſt, monaſteriorum vel eccleſiarum inſtitutor, fundator, & rector exſtiterit, adeò vt Abba monaſterij, cui nouiſſimè præfuit, & vbi requieſcit, contra morem eccleſiaſticum primas omnium Hibernenſium habeatur epiſcoporum* &c.

porum &c. Et in calce eiuſdem loci; *Qui cum plurimos diſcipulos vel ſocios ſanctitatis ſuæ ſuppares habuiſſet, vnum tamen, Congellum ſcilicet, Latinè Fauſti nomine illuſtrem, præceptorem beatiſſimi Columbani, magiſtri Domini & patris noſtri Galli, virtutum ac meritorum ſuorum quaſi vnicum, exemplo Iſaac, reliquit heredem.* Eius vitam tribus libris inſtituit Adomnanus Abbas Scotus. in præfatione primi libri ita ſcribit; *Vir erat vitæ venerabilis & beatæ memoriæ monaſteriorum pater & fundator, cũ Iona Propheta* ὁμώνυμον *ſortitus nomen. nam licet diuerſo trium diuerſarum ſono linguarũ, vnam tamen eamdemq rem ſignificant. hoc quod Hebraicè dicitur Iona* (יונה) *Græcitas verò* περιστερὰ *vocitat, & Latina lingua Columba nuncupatur. tale tantumque vocabulum homini Dei non ſine diuina prouidentia inditum eſſe credimus* &c. Adde Herimannum Contractum Anno DLxv. & DLxxxxvi. Hæc de Columba. quo de caue ſis accipias, quæ de *Columba Senonenſi* leguntur. ea virgo fuit & martyr, quàm ſub Aureliano Imperatore paſſam tradit Rabanus Martyrol. PR. KL. IAN. Interim non eo inficias, ipſum quoque Columbanum eo inſignitum nomine, atq. id adeò patrium credo exſtitiſſe, in nouâ luce à genitoribus inditum. cuius rei ignorantiâ Molanus eſt lapſus. nam in Vſuardũ V. ID. IVN. ad Columbam trahit quæ de Columbano narrat Bedas Angl. hiſt l. III. c. IV. quod non obſeruaſſe ex v. libri c. x. mera ſegnities fuit. id nomen, opinor, poſtibi cùm πρὸς αὐτῆς διαστολήν, tùm vt Latinius fieret, produxit. tunc enim ille mos Britannis fuit. exempla ſunt in mundo. Beda vocatur *Bedanus* libro De tranſitu Bedæ: Offa Rex Merciorum *Offanus* ab Alcuino epiſt. xliv. Egilan Rex Scotorum, *Egilanus* Herimanno

manno Contracto Anno DCIV. Thegan, qui geſta Ludouici Imp. ſcripſit, *Theganus* in libris veteribus. Igitur illa. nunc ad ſcripta tranſeamus, quæ & ipſa cum auctoribus adæquè confunduntur, à nobis diſcriminanda. *Columba Columbkillus* fertur quaſdam ad Patres monaſteriorum miſiſſe epiſtolas. De *Congello Fauſto* Baleus Anno Dxxx. *Congellus Bannocherenſis Brittannus ſcripſit Regularis vitæ methodum : & Ad Cœnobiorum patres Epiſtolas plures.* Iſte coæuus S. Benedicto vixit, quũ Columbanus in minoribus etiam eſſet. De Columbano Trithemius Anno DXCVIII. *Scripſit eleganti ſtilo In totum pſalterium cõmentariorum lib. 1. & Quaſdam ad fratres epiſtolas.* Idem Trithemius quodam ad Monachos ſermone laudat Columbani *librum Pœnitentiarum.* Baleus addit *librum aduerſus Theodericum Regem adulterum : & Monaſteriorum methodos, quas ego puto Regulam Cœnobialem Patrum eſſe,* quæ in Monaſterio S. Galli adſeruatur. Hartmotus Annotatione librorum qui ſunt in Monaſterio ; *Expoſitio ſancti Columbani ſuper omnes Pſalmos vol. 1. Item eiuſdem Inſtructio de Fide, & alia nõ nulla in vol. 1.* horumdem Ratpertus quoq. meminit in De Caſibus monaſterij. Ex omnibus præter Carmina, epiſtolas, & Regulam, hodie apud Germanos nihil ſuperat. Carminum partem nouiter produco, pluſculis iam ante proditis. Hercle verò proditis, hoc eſt, in obſcuriores tenebras, atq. latuerant, inductis & coniectis. ita næ fecerunt edendo vt Columbani faciem ęgerrimè agnoſceres. Contẽde, mi Lector, ſi otium, & operam prædicabis noſtram.

Caput II.

SVPER CARMINIBVS.

PRiſci illi Chriſtiani, ſuorum ſcriptis Patrum ita erant addicti, vt Gentilium libros non modò non contrectarent, ſed velut à rebus vetitis ſacras manus abſtinerent. Ideò ego Monachos exiſtimo in hac inſtitutione barbariſſimos factos, quia nihil ex illis, vnde bonarum litterarum elegantia petitur, vel audiuerunt vel viderunt: ſed Biblia in ſemi-Latinum ſermonem conuerſa, & balbutientes in ignarâ linguâ ſcriptores; ſed ſtreperas Græcorum vernaculorumq. verborum inflexiones. pace illorũ liceat dixiſſe, primi omnium ſapientiam perdiderunt. quam vt in auita poſſeſſione remorarentur, maiorum gẽtium Patres ſatagebant. exſtant Baſilij & Auguſtini ſcripta de legendis gentilium libris. ſed fruſtrà. idcircò aliam viã inſtiterunt, eos ſcriptores, qui præceptis ſapientiæ animos hominũ cõponunt, Chriſtiani nominis præſcriptione cõmendandi. quod in Seneca legimus, Claudiano, & Pythagoricis an Stoicis factitatum, quorum D. Hieronymus ſectam religioni ſimillimam Chriſtianæ cenſet. Alij dicta factaq. meliora, quæ ſententiarum ac Prouerbiorũ facie Chriſtianis obtruderent, promptare laborabant. Cuiuſmodi Prouerbiorum vetuſtiſſimus codex pœnes nos ſeruatur, ex Ouidio, Virgilio, Horatio, Lucretio, Statio, Lucano, Iuuenali, Perſio, alijs excerptis. Exſtitêre item alij, qui ex veterum dictis, veluti cæmentis & materiâ, libros ſuos, tacitis architectûm nominibus, exædificarent.

tacitis , quippe inuiſis. eo in genere Columbanus præluct, cuius farraginem & quoddammodò quaſi conſutū centonem damus. Fraus non impia, ab fine vbi laudetur, in quem frauſus eſt. tangit in eâ ad Hunaldum epiſtolâ. nam, prolatis Horatij verſibus, ſubicit;

Hos ego verſiculos miſi tibi ſæpe legendos.

Scilicet inuiſos fuiſſe ſibi, vnde Hunaldus peteret, Horatij libros. Hæc vana religio, an veriùs certiùs ſuperſtitio, præter Britannos, pleraſq. gentes inceſſerat. namq. illis boni in vtraq. lingua ſcriptores & adultis lectitabantur, & pueris in Scholâ proponebantur. Franci, imperatore Carolo, eâ demùm liberari cœperunt, Iohannis, Clementis, & Alcuini operâ atq. magiſterio. ab his ex Britanniâ optimi quiq. libri aducti importatiq. ex Poetis (vt rē loquar) Virgilius, Ouidius, Horatius, Iuuenalis, Perſius, Lucanus, Statius, Nemeſianus, Calpurnius, Maximianus, alij. De Val. Martiali, in Lupi & Hincmari euincāt teſtimonia, meritò addubites, cuius, peræq; ceterorum, ad imitandū Francis propoſitū exēplar. maiori quod vtinā felicitate quàm ſtudio. Nā quod Patres illi rarò, eâ, quā dixi, de cauſſâ fecerūt, id iſti in conſuetudinē vertere. Quin ſollemne quibuſdā ab hoc æuo, vt ſuis verſibus adderent ſemper aliquem ex Poetâ antiquo, itaq. rithmum conficerent. Eiuſcemodi luſus dicitur cuidam Raimundo vſitatus fuiſſe, cuius verſus circumferuntur. exemplar vide;

Vt mens ſe videat poſita caligine fumi,
Quis vetat appoſito lumen de lumine ſumi?
Quod ſi perfectè nequeo res edere cunctas,
Vt deſint vires tamen eſt laudanda voluntas.

Nobi-

Nobilior imitatio fuit & magni æſtimata, quā apud Græcos Eudoxia, quæ Homerum, apud Latinos Proba Falconia, quæ Virgilium expreſſit, inſtituerunt. quibus Iſidorus adiungit Pomponium quemdam, *qui inter cetera ſtili otia Tityrum in Chriſti honorem compoſuit*, ſimiliter & Æneidas, Etymolog. l. 1. c. xxxvIII. De Probâ idem De Viris illuſt. cap. v. Honorius c. xlIII. Sigebertus c. LII.

Caput III.

IN EPIST. AD HVNALDVM.

V. 2. *Menſes voluuntur in annis*) q. l. *& anni.* minùs rectè. In Monoſt. ——*Noſtrū nec tempus in annis.*

v. 3. *Labitur in ſenium*) Imitatio veterum. Ouidius VI. Faſtor.

Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis.

Auſonius Epigram: ———*Seneſcimus, effugit ætas.* Fortunatus lib. VII.

Tempora lapſa volant, fugitiuis fallimur horis,
Ducit & in ſenium lubrica vita viros.

v. 4. *Perpetuam l. c. vitam*) æternā, perpetuelle. Lexicon GrœcoLat: *Αἰώνιος, ſempiternus, æternus, perpetuus* &c. Salomo Cōſtantienſis Lexico; *Perpetuū, perenne, æternū, immortale, ſempiternū.* Valerian⁹ Cimelēſis de Bono diſc: *Præiudiciū perpetuæ mortis excludere.* Dicitur & *perpes*, & *Cōperpetu⁹* Prudētio Apotheoſi. *Perpetuitas, æternitas, perpetuité.*

 Idem

Idem Salomo; *Perpetuitas ad Angelos vel ad animum pertinet: Sempiternitas verò ad Deum.* *Perpetuare*, æternare. Ennius Annal. lib. IX. de Romanis; *Libertatemque vt perpetuã ſint Maxime.* Arator hiſt. Apoſt. lib. I.

His eſt tibi Roma catenis Perpetuata ſalus.

Matthæus Vindonicenſis in Thobia explicat Columbanum;

Vitam perpetuat, futurum præſtat honorem.

v. 7. *Ardet auaritia cacaque cupidine*) Epiſt. ſeq. ———*Cacaque cupidine rerum.* Raymundus Aſtucius libro de Hominis pugnâ; ——*Ligat omnes caca cupido.* Apud Horatium legitur;

Feruet auaritia miſeroque cupidine pectus.

l. I. epiſt. I. vbi Gloſſis *Cupido pro amore* exponitur in peruetuſto Schobingeri MS°.

v. 9. *Vilius argentum eſt auro*) Ex Horatio d. epiſt. I. ad Mecænat.

v. 10. *Summa quies nil velle ſuper*) Ex Prudentij Pſychomachia. *Super* abſolutè poſitum. Salomo in Lexico; *Super interdum aut nimium aut ſatis accipimus.* Doſitheus lib. I. *Super, pro inſuper & amplius.*

v. 16. *Da veniam dictis*) Imitatio Ouidiana; *Da veniam vitijs* &c. de Ponto.

Caput

Caput IV.

IN EPIST. AD SETHVM.

V. 2. *Dicta Columbani*) Monita, παραινέσεις. ad Hunaldum;

Vt mea dicta tuis admittas auribus, oro.

Lucilius lib. XXVII.

Cognoſcas ſimul, & dictis animum attendas, rem.

ita hunc verſum putaui reponendum, qui vulgò impoſitus & ἄμετρος circumfertur.
Ouidius III. de Arte amandi;

Hæc quoque pars dictis erudienda dictis.

ita v. q. c. & MS. Pauli Stephani. Gratianus ita ſententias Iſidori vocat *dicta*, XXIII. quæſt. V. c. XX. *ex dictis Iſidori.* & diſt. IX. c. II. *ex verbis Iſidori.* *Verba* ſunt prouerbia, γνῶμαι. Hinc veterum ſapientum de moribus libri *Prouerbia* indigetata. *Prouerbia Salomonis*, *Prouerbia Senecæ*, *Prouerbia Publij* & *Laberij*, *Prouerbia S. Euagrij Abbatis*, *Prouerbia Varronis*, qui Magno in Sopholog. & Auctori Deſtructorij vitiorum *Pharo* vel *Faro*, interim *Baro*; *Prouerbia Sapientum*, *Prouerbia veterũ Poetarũ*, *Prouerbia M. Seilonis*. Ad cũ ſignificatũ Cyrillus Epiſcop⁹, auctor nõ nauci, fabularum ſuarũ ἐπιμύθια inſcripſit *Prouerbia* Apologetico quadripartito. M. Odo pręfat. in Moralẽ Philoſoph: *Mihiq; ipſi fas erat, quæ vel ab his*, (Tullio, Seneca &c.) *vel ab alijs*

ram. eorum prouerbijs interponere. *Prouerbia Sapientum* Demetrio, non illi Phalereo, vt titulus mentitur, at Græculo cuidam Scholaſtico ἀποφθέγματα, Sotiadi ὑποθῆκαι, Auſonio *Sententiæ*, vulgo γνῶμαι σοφῶν Ariſtobulus prꝑfat. Galeomyomachiæ; Ἀδελφαὶ γὰρ ἀλλήλοις εἰσὶ παροιμίαι καὶ γνῶμαι, καὶ ὑποθῆκαι, καὶ ἀποφθέγματα.

v. 3. *Sermonis honeſti*) καλοῦ, elegantis & ornati. ſæpê ita Plautus, Terentius, Cicero. aduerſatur *Inepto*. Sympoſius præfat. Ænigmat:

Tum verboſa cohors ſtudio ſermonis inepti.

v. 5. *Viue Deo fidens*) In Monoſtich. pro *ſequendo* legitur *ſequutus*. ad ſenſum, nihil non intereſt, vtro modo legas.

v. 6. *Dum tempora certa ſalutis*) q. l. *cepta*. præter ſententiam. Bedas de Die iudicij;

Spernere tu noli veniæ tibi tempora certa.

In Monoſtich:

Dum tibi vita viget, lacrymis mala crimina purges.

Etenim ab hac vitâ omnis veniæ ſpes peccantibus denegata eſt. Auctor de Contemptu mundi, quem Focaudus Monierus annos ante LXVIII. publicauit;

Et numquam redit huc, qui ſemel iuerit illuc:
Nec prece, nec pretio rerum ſpatioué dierum
Soluitur illorum de carcere ſuppliciorum.

Ite nunc, Mortales, & ſpem in reculis veſtris ponite. Parate bona aliorum opera, emite indulgentias, purgationes, alia: quid iam? Ignis & tormenta.

v. 6.

v. 6. *Tempus & hora volat*) Verſus Poetæ veteris: ſanè ad imitationem ſcriptus. Sil. Italicus l. xv. ——*Volat hora rapitque.* ita v. c. Seneca Hippolyto;

Volat ambiguis mobilis ales Hora——

Ouid. l. 1. Eleg. ex. v. l. Pauli Stephani;

Labitur occultè fallitque volatilis ætas.

v. 10. *Nec te ſollicitet*) Ex prudentij Pſychomachia.

Circumflua) Curtius l. VIII. *Inſatiabilis auaritiæ eſt, adhuc implere velle, quod iam circumfluit.*

v. 13. *Dociles magiſtri*) διδακτικοὶ ſeu διδασκαλικοί. Salomo in Lexico; *Docilis, eruditus.* Iſidorus Synonymis; *Docilitas eſt prudentia erudiendi imperitos.* pro eodem *Docibilis.* Placidus Gloſſis; *Docibilis pro docilis creditum. dicimus enim vtrumq. indocibilis & docibilis.* In Vetuſto Pontificali; *Eligimus presbyterum apoſtolica & eccleſiaſtica diſciplina imbutum, fide catholicum, natura prudētem, docibilē* &c. Interpretatur Benedictus Abbas in Regula; *Doctum lege diuina, vt ſciat & ſit vnde proferat noua & vetera.* ex II. Pauli ad Timoth. c. II. vbi διδακτικὸν Vetus Interpres reddidit *docibilem.* quæ verbi notio rariſſima quidem eſt, ſed ad veterum imitationem tradita. Pylades Gloſſis verbo *Docibilis*; *Verbalia in BILIS à verbis abſolutis venientia ſignificant actionem & aptitudinem agendi: vt Riſibilis, id eſt, aptus ridere; Greſſibilis, id eſt, aptus gradi.* Exempla ex Patribus adtexemus. Prudentio *Obliuiale poclum* hym. VI. Cathem. πόμα ληθαῖον Syneſio. Eidem *Excruciabile exitium,* βασανίζων. peri Stephan. quâ formâ *Exitiabilis dies* Plauto pro exitioſo. Et alibi *Crux triumphalis,* θριαμβευτῆς. Am-

broſio

broſio *Belli triumphales duces*, hym. de Apoſtolis. Gunthero *Suaſibilis vox* lib. I. πειθανὸς, *perſuaſibilis* Quintiliano.

v. 21. *Vexant incommoda carnis*) Innocentius III. PP. de Vilitate condic. hum. quæ ſint hæc incommoda recenſet; *Senex facilè prouocatur* (inquit) *& difficilè reuocatur: citò credit, & tardè diſcredit: tenax & cupidus: triſtis & querulus: velox ad loquendum, & tardus ad audiendum: laudat antiquos, & ſpernit modernos: vituperat præſentia, & commendat præterita: ſuſpirat & anxiatur: torpet & infirmatur.* Audi Poetam;

Multa ſenem circumueniunt incommoda.

Verſus eſt Horatij ex Arte Poetica.

v. 25. *Sic baculo nitens artus ſuſt. inertes*) Senes enim baculis greſſus adiuuant. Ouid. VIII. Metamorph.

Membra leuant baculis, tardiq; ſenilibus annis.

Tit. Calpurnius Eclog. V.

Aſpicis vt nobis iam dudum mille querelas.
Adferat, & baculum premat inclinata ſenectus.

Seneca Herc. Fur.

Iners ſenectus adiuuat baculo gradus.

Vide ſi hunc locum habuit ob oculos Columbanus. certè ambo ludunt in veriuerbio. *inertes* exiſtimant dici quaſi ſine artubus. *Artus inertes* eſt Helleniſmi quædam ſpecies, ἄρθρα ἄναρθρα ſicuti φίλος ἄφιλος, χάρις ἄχαρις.

v. 30. *Ditis quid prandia menſæ*) Papias Gloſſ. *Dis, diues, opulentus.* Salomo Lexico; *Ditis, diuitis, ſingulari numero.*

Dites,

Dites, diuites, plurali numero. Infrà ad Fedolium; *Ditia regna.* Idem Salomo; *Ditia dona, ditiſſima dona.* ex Statij verſu; ——*Ditia dona dabis.* quem laudat Priſcianus lib. VI. Iterum Salomo; *Ditior plus diues. Ditiorem, diuitiorem. Ditias* pro diuitias priſcos dixiſſe obſeruauit Titius, Controuerſ. l. IV. c. XIIX.

v. 34. *Vanoſq; refutat honores*) Salomo Lex: *Refuto, recuſo.* In Hermeneumatis; *Refutat, repudiat, reſpuit.* Cicero pro Rabirio; *Non modo non aſpernari ac refutare, ſed amplecti etiam & augere debetis.* Salluſtius in Fragm: *Se Regibus deuouent, & poſt eos vitam refutant.* apud Seruium & Philargyrium in IV. Georg. hiſtoriæ ignari, qui aliter hunc locum interpretati ſunt. Amœnus Enchiridio;

Aeſtimat accipiens viua, & terrena refutans.

Auctor de Contemptu mundi;

——*Sed non mea dona refutes.*

Gloſſæ Anonymæ; *Sarabaita lingua Aegyptiaca, in Latino dicitur Rennuita, qui refutant Abbatem habere.* Hieronymus in Agone; *Pro me ſudaſti ſanguinem pretioſum, non me refutes.*

v. 37. *Semper auarus eget*) Hemiſtichion Horatianum l. I. epiſt. II. ad Loll. Auctor de Contemptu mundi;

Semper habere parum Flaccus teſtatur auarum.

Ob oculos indubiè verba Columbani habuit.

v. 38. *Creſcit amor nummi*) Verſus Iuuenalis Saty. XIV. quem & Auctor de Contemptu mundi, & Raymundus Aſtucius libro de Hominis pugna, cap. Contra vſurarios, tranſcripſere. Ouid. I. Faſt.

Tempore creuit amor, qui nunc eſt ſummus, habendi.

Sulp. Seruaſtus;

Creſcenti nummo ſi mage cura ſubeſt.

v. 41. *Dum ſeſe neſcit amare*) Iuuenalis Saty. xii. de auaro; ——*Nec amet quemquam, nec ametur ab vllo.*

v. 42. *Seruat cui*) Habacuc ii. v. vi, ix. & x.

v. 47. *Marſuppia replet*) Salomo in Lexico; *Marſuppium, ſacculum pecuniæ.* Fuit iſte Salomo ex illuſtri & vetuſtiſſimâ Ramſuuagiorum familiâ. fundamenta iecit oppidi amœniſſimi, quod abs ſe Cellam Epiſcopi nuncupauit, S. Galli inter & Conſtantiam. vtriuſq. enim ſceptra regebat. Abeſt id oppidum ab arce Ramſuuag haut ſemilapide longiùs, in cuius proximâ viciniâ in dias luminis huius oras primùm exortus ſum. quæ cauſſa eſt quamobrem ſæpiùs laudo. nec ſine adfectu. qui quidem & inter diuos relatus ſit, cuiuſque familia familias tangat nobis adiunctas. Lexicon illud ex varijs variorum ſcriptorum Gloſſis compilatum ante hos Dccc. & plures annos. quo in negotio operâ atq. magiſterio præceptoris Iſonis, vt teſtantur, vſus eſt: nec non Notkeri & Tutilonis, virorum doctiſſimorum. Sed ad Columbanum. an is locum hunc Varronis expreſſit; Et potiùs marſuppium domini exinaniunt, quàm replent? l. iii. de Re ruſt. c xvi.

v. 49. *Paſcere fruge cauallos*) Ad Fedol.

Paſcere pingui Farre cauallos.

In Hermeneumatis; *Cauo, Caballus.* Virgilius (an Iuuauienſis

vienſis Epiſcopus in Diuos relatus?) Gloſſis apud Salomonem; *Cabonem, equum caſtratum, quem nos caballũ dicimus.* Vguitio; *Caballus à cabo dicitur diminutiuè, id eſt, vilis equus.* Papias; *Caballus dictus, quia vngula terram cauat, vel à cauis pedibus.* ex Iſidoro l. xII. c. I. Etymolog. Ioannes Ianuenſis ex Gloſſis vett. *Cabiare, id eſt, perforare, à cabo dicitur. Cabo id eſt equus, à cauare quaſi cauo.*

v. 50. *Voluit ſub pectore curas*) Fabric. *doluit*, peſſimè. Salomo; *Voluit, cogitat.* Virgilius Gloſſ. *Voluit ſecum, flagitat ſecum.* Placidus Gloſſ. *Voluere, cogitare, diſponere, pati, tolerare.* In Hermeneum. *Voluit pectore cogitat.*

v. 55. *Nigri reſerantur limina Ditis*) Matthæ. xIx. v. xxIII. & ſeqq. Infrà ad Fedol.

Et reſerari Nigra feruntur Limina Ditis.

quo pacto Theognis in Sentent.

— — εἰς ἀΐδυ δῶμα μέλαν κατέβη.

Niger Ditis. Ouidi. lib. Iv. Metamorph.

— — Vbi ſit nigri fera regia Ditis.

Virgil. Æneid. vI.

Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.

Seneca Agamemn.

Qui vultus Acherontis atri &c.

Statius lib. II. Thebaid.

— Nigrique Iouis vacua atria ditat Mortibus —

Lexic. GræcoLat. πλέτων, *Ditis.* Salomo; *Ioui Stigio, Diti.* Idem; *Diti, inferorum Deo.* Vguitio Gloſſ. *Dis, Ditis, id eſt, Pluto, à ditando, quia noſtris mortibus orbẽ ſuum ditat.* Solet

 vt plu-

vt plurimũ addi *Pater*. Philoxenus Gloſſ. & Salomo; *Dis Pater, Ditis, qui & Pluton, quẽ Poetæ Regem inferni fuiſſe fal-lũt*. Leg. *volunt*. antiquitùs *Diſpiter*, quod cũ Grammatici nequirent capere, mutarũt in *Dieſpiter*, vt multis rerum argumentis alibi euinco.

v. 56. *Pauperibuſque pijs*) Matthæ. V. v. III. Luc. VI. v. XX. Iacob. epiſt. c. II. V. v.

v. 57. *Temnere diuitias*) Lucæ XII. v. XV. & ſeqq.

v. 58. *Quiſquis amat Chriſtum*) Ioannis XIIII. v. XV. & XXI. infrà in Monoſtich.

v. 61. *Cecinit vox talia Vatis*) Quis iſte *Vates* ſeu Poeta fuerit, ſcire non liquet. Teſtatur ILL. Scaliger hos verſus in veteri ſcheda Iacobi Cuiacij reperiſſe, quaſi ex iuſto opere forent excerpti, Auſon lect. l. II. c. XXIX. Non eſſe Auſonij rectè iudicauit, non Priſciani. quippi quos poſtremos Poetas aut non legiſſe videtur Columbanus, aut non vidiſſe. Et primam autem publicationem non Scaligero acceptam ſed verò Georgio Fabricio debemus, viro de re litterariâ præclariſſimè merito. is princeps inter Chriſtianos euulgauit Poetas. inde in SS. Patrum Bibliothecam coniecit Magarinus de la Bigne: à quo Caniſius accepit Henricus. Erroris in eo funis ducta, quòd ad Hunaldum retulere; quæ Setho miſſa fuit.

v. 63. *Cum tempore cuncta trahuntur*) Imitatur Maximianum in Eleg.

Cuncta trahit ſecum vertitq́ volubile tempus.

In quem verſum menda irrepſit, quæ luenda. Nam pro *vertit* legendum eſt *verrit*, vt τῷ *trahit* reſpondeat.

v. 64. *Alternant elementa vices*) Fabric. *alimenta vices* per-

ces. perperàm. Ruſticus Helpidius de Chriſti Ieſu benef:
Conſeruant elementa vices ——

Arnulphus Lexouienſis de Innouat. vernali;

Alternant & opus & opes elementa viciſsim.

Gloſſ. vett. *Alternandis, alternis vicibus.*

v. 66. *Tempora ſunt florum*) Scaliger legit & diſtinguit; —— *Noctesq; viciſsim*

Tempora, ſed florens retinet ſua t. m.

diſſentiente noſtrorum Codicum fide.

v. 68. *Tempora gaudendi*) Ex diuinis Salomonis præceptis Eccleſiaſtæ c. 3. Ergò Chriſtianus fuit hic Poeta & Salomonem legit. non affirmo, ſed conicio. confer, & dices me conictorem.

v. 71. *Ver, æſtas*) Citat Hieronymus quaſi ex veteri Poeta, commentar. in Ezechielem. quam obſeruationem principi Iureconſultorum Iac. Cuiacio debemus. Epigram. lib. IV. exſtat verſus ad huius exemplar factus;

Ver, æſtas, autumnus, hiems, ſunt quattuor anni
Tempora ——

v. 72. *Omnia cùm redeunt*) Hunc verſum Scaliger non habet, ſed ſuperiores tantùm decem. haut ſcio eiuſdem ſit Poetæ, an alterius è vetuſtis. Nam Columbani non eſt.

v. 74. *Atque domum luctus*) Salomo Eccleſiaſt. c. VII. v. II.

Caput V.

IN EPIST. AD FEDOLIVM.

V. 8. *Obſequiorum Debita*) Salomo Conſtantienſis; *Obſequia, officia, beneficia, gratiæ, memoriæ.* Agrætius; *Conſequimur ſtudio, Obſequimur officio.* quæ, vti cetera, Iſidorus tranſcripſit. Different. lib. II. Afranius Priuigno; *Quàm mihi ſit grata ipſius obſequela.* Baſilius Epiſcopus Ammonit. *Quod circa nos parentum fuit obſequium, Chriſti eſt beneficium, qui parentes nobis anteà præparauit, quorum obſequio nutriremur.*

v. 10. *Nam velut æſtu*) pro æſtate poſuit contra differitatem Frontonis. non tamen ſine exemplo. Euſthenius Deſcript. IV. tempeſtatum;

Ac cereris donis horreſcunt arua per æſtum.

Vitalis earumdem deſcript:

Falciferamque Deam falces remorantur in æſtu.

vbi ex duob. Monaſterij MSS. aptiùs legeretur *meſſes.* nã *meſſes* dicuntur cererem retinere non *falces.* Guntherus Ligurini lib. I.

Aeſtibus aut mediis audiſſe tonitrua dicat.

v. 16. *Lætificabit Pagina*) epiſtola. Strabo ad Fulgentiũ;

Quin potius monuit ſancti quod pagina Pauli.

interdum ſignificat librum. Prudentius hymn. Corde natus;

Quem

Quem Prophetarum fideles
Paginæ ſpoſponderant.

Eſt hic *Prudentius*, non Aurelius ille Clemens, vir Conſularis & mellitiſſimus: nec Tricaſſinus ille Epiſcopus, ſed præceptor, quomodo mihi perſuadeo, Walafridi Strabi, Abbatis Augienſis. Doctus id dico ab ipſo Walafrido.

v. 20. *Munera gazæ*) Cyrillus Lexico Scripturæ; Γάζα, ὕπαρξις. Γαζοφυλακεῖον, θησαυροφυλακεῖον. Salomo Lexico; *Gaza, theſaurum. Gaza dicuntur diuitiæ, lingua Perſarum, à Gaza opido Græcorum, in quo olim Perſarum Rex diuitias congeſſerat vniuerſas. Gazofilacia in Ezechiele cellulæ paruæ ſunt, vbi theſauri reconduntur. In veteri verò translatione pro gazofilacia, paſtoria habetur.*

v. 24. *Quod ſapientum Lumina cæcat*) Moyſes Exod. XXIII. v. VIII. Deuteron. XVI. v. XIX. Salomo Prouerb. XII. v. XI. & XXVIII. v. XIX. Sirach. XX. v. XXIX. & XLI. v. XVI. Alexander Poeta vetus;

Muneris arguitur accepti cenſor iniquus:
Munus enim à norma recti diſtorquet acumen
Iudicis, & tetra inuoluit caligine mentem.

Claudianus alicubi,

Inſidioſa tuos alienent munera ſenſus.

Vnde id diſcas licet, *Lumina* μεταφορικῶς de intellectu dici, quo pacto *Videre* eſt intellegere. ſcilicet oculos eſſe *Lumina*, Alexandro *acumen*. Salomo; *Lumina, oculi ideò dicuntur lumina, quòd ex his lumen manat, vel quod initio ſui* (leg. *intrinſecus*) *clauſam teneant lucem, aut extrinſecus acceptam viſui præponendo refundant.* Scribit

Auguſti-

Auguſtinus in Iohann. vſitatum fuiſſe apud veteres iurandũ; *Sic viuant lumina mea.* Græcis φάη ἀντὶ τῶν ὀφθαλμῶν. Homerus Odyſſ.

κύσσε δέ μιν κεφαλήν, τά τ' ἄμφω φάεα καλά.

videndi Euſtathius & Didymus. Syneſius hymn.

Σὺ δὲ λάμψον, ἄναξ, ἀνάγωγα φάη.

v. 26 *Ignis flamma*) Ebræis ſolens eſt coniungere voces idem ſignificantes. Oſea c. vii. V. vi. *Mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flamma.* imitati eos quà Græci quà Latini. ἐν φλογὶ πυρὸς Actor. vii v. xxx. ἐν πυρὶ φλογὸς II. ad Theſſal. I. V. viii. *Iter via* Lucretio & Apul. *tela ſagitta, aura aëris* &c. eidem Apuleio. *iura legum* Columbano paulò poſt.

v. 30. *Carmina multis ſuggerit*) Columbanus infrà;

Suggero vanas Linquere curas.

Salomo in Lex. *Suggerit, ſuppeditat, ſubicit, præbet, ſubminiſtrat, exibet, largitur, præſtat, miniſtrat, aut inſinuat.* Interpretatio ſermonum de Regulis; *Suggeſtionem, ſupplicationem, indicationem, ſuffragationem.*

v. 37. *Exſtitit ingens Cauſa malorum*) Res eſt proletaria, videndi Orpheus, Appollonius, Flaccus, & Catullus in Argonaut Dares Phrygius de Excid. Troiæ, Iuſtinus l. xlii. Apollodorus Athenienſ. lib. i. Biblioth. Euſebius Chron. Auguſtinus de Ciu. Dei l. xviii. c. xiii. Nicephorus Calliſtus Eccleſ. hiſt. l. vii. c. L. Græci Scholiaſtæ paſſim, quum maximè Æſchyli, Sophoclis, Lycophronis, & Pindari. Columbanus velut rem geſtam Fedolio proponit. fabulam interpretantur Palæphatus περὶ ἀπίστων, Diodorus Sic. lib. v. Plinius, Strabo, Hyginus, & Albricus in Deorum imaginibus.

v. 39. *Aurea pellis*) Pleriſq. *aureum vellus*, Manilio *auratum vellus*, Catullo *aurata pellis*. Propertio *aurea lana*. Ouidio *Phryxea vellera*. Apollonio χρύσειον κῶας, Calliſto χρυσόμαλλον δέρας. In tribus libb. MSS. conſtantiſſimè legebatur *ariete*. quod ab ſciolo correctore eſt, ne ignoraſſe videretur pellem fuiſſe arietis. Locum prouerbio dedit, apud Græcos κριὸς χρυσόμαλλος, Latinos *Ouis aurea*. quæ Euphorbo *Pecus aurea*, de ſignis cæleſtibus. Relatus enim inter ſidera, pariter *Helle*, ſidus infauſtum nauigantibus. Theodolus Eclog.

Triſte mari vectis Hellæ reſpectus in aſtris.

ita repoſui, quum vulgò legeretur *Helena*. exemplo inepto. nã illa *Ponto* nomen dedit, non alio, atq. Icarus, caſu.

v. 44. *Tribus Deabus*) Iunoni, Palladi, & Veneri, propter pomum aureum in cœnam ab Eride miſſum, cui inſcripſerat; Η ΚΑΛΗ ΛΑΒΕΤΩ. Auctor Lucianus Dialog. Panop. & Galenes. Conſulendi Dares Phryg. de Excid. Troiæ, Euripides Hecuba & Troiad. Ouid. epiſt. Paridis, Strabo lib. XIII. Auguſtin. de Ciu. Dei l. III. c. XXV. Cyrillus Alexandr. præfatione ad Euoptium contra Theodor. Cyri, Coluthus in Helenæ raptu, præter alios multitudine innumerabiles. Tanhuſer Eques Germanus proinde doctus atq. ſtrẽnuus, carminibus & fabulis apud nos concelebratus. Addam verba antiquitatis Germanæ gratia. In eleganti & aureo carmine;

Venus ein apfel wart gegeben
Dauon hub ſich michel not
Darumbe gab Paris ſin leben
Da lag ouch Menelaus tot.

M. v. 46.

v. 46. *Populauit*) Inflexio antiquaria, nec infrequens huic æuo. Salomo; *Populant, auferunt, prædantur.* Cicero De ijs quæ pluribus modis dicuntur; *Afflixit, proſtrauit, oppreſſit, eliſit, euertit, populauit.* libellus eſt non ineptus, nec nuperi ſcriptoris. Ciceroni adſcribūt tres vett. codd. & Salomo in Lexico. Accius Aſtyanacte; *Qui noſtra per vim patria poſtulauit bona.* Cæcilius Aſoto; *Iamdudum depopulat macellum.* ſimiliter Plautus & Virgilius, quoſq. notarunt Marcellus, Diomedes, Priſcianus, & Eutyches.

v. 49. *Dorica pubes*) Salomo; *Dorica caſtra, Græcorum caſtra. Dorica vna eſt è linguis Græcorum, quam habent Aegyptij & Syri.*

v. 53. *Impia quippe Pigmalionis*) qui Sichæum patruelem ante aras occidit. Virgilius I. Æneid.

——————— Ille Sichæum
Impius ante aras atque auri cæcus amore
Clam ferro incautum ſuperat &c.

Adeundi Seruius, Tib. Donatus, & Sabinus, Iuſtinus lib. XVIII. Lupus Ferrarienſis epiſt. XXXIV. ad Altuinum.

v. 57. *Sic Polydorum Hoſpes auarus*) Polymneſtor. Virgil. III. Æneid. Euripides Hecub. Plutarchus Parallel.

v. 64. *Non Iouis auri*) Paret Columbanum antiquitatis fuiſſe apprimè ſtudioſum, qui perpetuò vetuſteſcat. Enim *Iouis* in caſu recto caſcum eſt, Cæcilio, Accio, Ennio vſurpatum. tamen inueterare Caſellius Vindex ſtuduit eumq. ſecutus Priſcianus lib. VI. Suidas; Ἰόβις, παρὰ Ἰταλοῖς ὁ Ζεύς. Vguitio Gloſſ. *A iuuo dicitur Iouis huius Iouis, & Iupiter Iupiteris vel Iupitris. antiquitùs enim ita declinabantur nomina iſta.* Imperitè à *iuuo.* quod eſt ab Ebræo יהוה

Iehoua,

Iehoua, ea craſi, qua & *Ioſua* pro Iehoſchua, & *Iudæus* pro Iehudæus. Nec *Iupiter* eſt iuuans pater, verùm Iouis pater, Græcis Ζαῦς πατήρ: ad quod exempli *Marſpiter* eſt Mars pater, *Diſpiter* item Dis pater. Veteres quidam Chriſtiani, cōſiderata nominis vi atq. dynami, ab eo nō abhorruere. Inſcriptio Romana; QVI. SE. QVIETIORIS. PERFECTIORISQ. VITÆ. DESIDERIO. EX. NEGOTIIS. CIVILIBVS. IN. QVIBVS. FVERAT. CVM. LAVDE. VERSATVS. IOVIS. OP. MA. BENEFICIO. DVCTO. HIC. IN. SPE. RESVRRECTIONIS. QVIESCENTI. LOCVS. PVBLICE. DATVS. EST. Apud Gruterum pag. cIↄL.

v. 65. *Fluxit in imbre*) Anſa duplex huic fabulæ, vulgaria & Philoſophica. Illa ex communi loquendi conſuetudine nata, cùm multas diuitias *imbres* appellamus, *imbres aureos* dixit Creſconius Corippus, poeta non inelegans. Syneſius hymn.

Μή μοι χθονίυς Ομβρυς ἀφνῦς Κείνααις ——

Deinde *Iouem* multi ex Philoſophis, præſertim Stoici, arbitrati ſunt aera, quo de imber an pluuia decidit, hinc *Iupiter* pro imbre. Virgil. II. Georg.

Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis,

Habes figmento argumentum. nempe Iupiter, qui Danaen auro corrupit, mutatus in imbrem aureum fingitur, quia pluuia generatur in aere. quę cauſa cur Ζεὺς χρυσορόης Hedillo appellaretur apud Athenæum lib. VIII. qui vulgo ὄμβριος & ὑέτιος, Latinis *Pluuius*. Meminit fabulæ Cy-

prianus quoq. epiſt. II. ad Donat: *Exprimunt Iouem illum ſuum nunc aureo imbre defluere.* videndus Donatus in Terent. Eunuch. a. III. ſc. v. cuius verſum Auguſtinus laudat Confeſſion. L. I. c. XV. παρῳδιάζει Seruaſtus in Catalect.

Sic quondam Acriſiæ in gremium per clauſtra puellæ
Corruptore aurò fluxit adulterium.

Et Theodolus Eclog.

Etiam tecta ſuper madidus ſtillauit adulter
Virginis in gremium, Danaen corruperat aurum.

v. 66. *Sed quod adulter*) Eamdem μυθολογίαν, extra modò memoratos, tradunt Horatius l. III. Od. XVI. inibi Acron & Porphyrius, Ouid. III. Amor. VII. Paulus Silentiar. in Anthol. Epiphanius Ancorato, Lactantius l. I. Inſtitut. Auguſtin. de Ciu. Dei l. XVIII. c. XIII. Natalis Comes l. II. c. I. Pet Victorius Var. lect. l. I. c. XV.

v. 50. *Iuraque legum*) Cyprianus dixit *iura legeſque*, epiſt II. ad Donat: *Videre contra ius legemquè naſcendi patientiam inceſtæ turpitudinis elaboratam.* ita ex v. l. Achonenſi reſtituendum puto. Cato apud Cariſium lib I. *Iurum legumq. cultores.* Plaut. Epid. a. III. ſc. VI.

——— qui omnium
Legum atq. iurium fictor conditor cluet.

Corn. Seuerus in obit Cicer.

Vindex ille fori, legum iuriſque togæque.

ita vet. lib. apud Senecam Pat Suaſor. lib. I. Guntherus lib. I.

Vindicet & tantam iuris morumque ruinam.

v. 51. *Faſque fideſque*) alijs *ius faſque.* formulam notauit Sauaro muſteis ad Sidonium comment. l. II. ep. XIII.

v. 72. *Perfida coniunx*) Eriphyle: Sulp. Seruaſtus;

Sic latebras Eriphyla viri patefecit, vbi aurum
Accepit turpis materiem ſceleris.

Theodolus Eclog.

Vxoris ſtimulos luis Amphiarae ſacerdos,
Pectore flagrantis dum ſplendet bacca monilis.

Vide, ſi noſſe cupis, Stephanum de Vrbib. Pauſaniam in Bœot. Plutarch. in Parallel. Diodorum Sicul. lib. IV. c. VI. Interpretem Iuuenal. ſat. VI. Luctatium in II. Theb. Statij, Hieronym. aduerſ. Iouinian. lib. I.

v. 73. *Hectoris heros*) Homer. Iliad. XXII. Virgil. I. Æn. Dictys Cretenſis lib. III. Iuſtinus Martyr orat. ad Gentiles.

v. 78. *Nigra feruntur Limina Ditis*) Charontis. Philoxenus Gloſſis; *Ditis*, χάροντος. Gloſſ. vett. *Carus, nomen hominis auari, qui tranſportare dicitur in infernum.* Apuleius Mileſ. lib. VI. *Ergò & inter mortuos auaritia viuit? nec Charon ille, Ditis pater, tantus Deus, quidquã gratuitò facit; & pauper moriens viaticum debet quærere* &c. videndus omninò Iſidorus Orig. l. VIII. c. XI. Ritus Gentilium ſuperſtitioſus, nummũ mortuis in os imponere, Charonti portorium & naulum. qua ſuper re Lucianus dial. Mercurij & Charitem de Luctu, Plutarch. Collectan. Iuuenal. ſat. III. ibidemq. Interpres, Plautus Pœnul. Arnobius lib. V.

Inſcriptio Camerinas; INFERNO. PLOTONI. CHARÆ. OXORI. PROSERPINÆ. TRICIPITIQVE. CERBERO. MVNVS. MECVM. FERENS. DAMNATAM. DEDO. ANIMAM. Portorium illud abſolute interdum ναῦλον. Heſychius; Ναῦλον, τὸ εἰς τὸ στόμα τῶν νεκρῶν ἐμβαλλόμενον νομισμάτιον. aliquando δανάκη. Idem; Δανάκη, νομισμάτιόν τι βαρβαρικὸν δυνάμενον πλέον ὀβολοῦ ὀλίγῳ τινί. ἐλέγετο δὲ καὶ ὁ τοῖς νεκροῖς διδόμενος ὀβολός. quam vocem ex Plutarcho & Suida reſtitui, quum vulgò legeretur Δανάκ. περὶ ὀβολοῦ & Suidas ita ſcribit; Μελιττοῦτα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς, ὡς εἰς τὸν Κέρβερον. καὶ ὀβολὸς, μισθὸς τῷ πορθμεῖ. Antiphanes;

> Τεθνήξει πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην.
> Ἐκ πολλῶν ὀβολῶν μοῦνον ἐνεγκάμενος.

apud Stobæum ferm. x. Ecce μοῦνον ait, & omnes ingeminant. Quid ergò ſibi vult Ariſtophanes, cui δύο ὀβολοὶ Acheronticum pretium? In Ranis;

> Ἐν πλοιαρίῳ τυννουτωὶ σ' ἀνὴρ γέρων
> Ναύτης διάξει, δύ' ὀβολὼ μισθὸν λαβών.

Scholiaſtes; ὅτι τοῖς νεκροῖς ἐπὶ τοῦ στόματος βάλλουσι δύο ὀβολοὺς. καὶ ὅτι τὸ δικαστικὸν μισθάριον δύο ὀβολοὶ ἦσαν. Nō expedio, niſi ſi melittutam cum obulo forte confudit. Fœdiſſima ſuperſtitio, cuius ſuperant hodieq; apud Allobroges reliquiæ. nam mortuis aurum in os ponunt pro pœnâ purgatorij λύτρον. eâdem ſuperſtitione donatos Morauos quoq; confirmavit mihi Albertus à Bukuvvka, Eyvvanovvicij & Iornsdorfij Domin', quo apud Allobroges vtebar perfamiliariter.

v. 96. *Deſine nummis Addere nummos*) Si à mortuis ſurgat S. Columbanus, & nunc ſacerdotum luxum atq; auari-

auaritiam videat, quid, putas, dicturus ſit? nimirùm quod B. VVolkuinus Abbas Seidichenbacenſ. homil. de Zizania & ſem. contra cleri vitia; *Rara auis in terris hodie Canonicus à canone vitæ. vnde ergo? audi vnde. eſt namq. canon vitæ, vt dictum eſt; eſt & canon pecuniæ, videlicet alicuius penſionis certæ. vnde ſolet dici; Solue mihi canonem meum, id eſt, penſionem meam, hoc eſt, ſtatutam pecuniam meam. Eia ergo, O Canonice, inueniamus canonem tuum, à quo deriuaris, id eſt, à canone pecuniæ, non à canone vitæ, id eſt, á canone regionis, non à canone religionis* &c. Notata horum auaritia ab omni æuo, pariter Monachorum, quorum idem inſtitutum, eadem olim profeſſio. Commemorabilis eſt Imperatoris Chunradi eo nomine primi hiſtoria, quam in Annalib. Monaſterij S. Galli repperi. Is vbi, relictâ Italiâ, ad Monaſterium per Alpes diflexiſſet Rhęticas, ſiſti ſibi pueros nobiliũ imperauit, manuq. marſuppio iniectâ, ac bellaria velut depromẽs, labris ſingulorũ aureos nũmos immiſit. hoc ceteri quum digitis excerperent, vnus quidã haut ſatis Imperatori fidens, monetæ offẽſus ſcabricię, extemplò nummũ exſpuit. quo Imperatore animaduerſo; *Hic*, inquit, *ſi vixerit, bonus Monachus erit*. prudenter dictũ. innuit Monachorum in numero non habere ſe, qui auri amore allicerentur. Simile quiddã refert Chunradus Fabarienſ. in Caſib. Monaſterij, quod quia eòdẽ pertingit, adſcribam. Chũradus Abbas Monaſterij, in aulam aſcitus à Friderico Imp, tertianam excuſauit. quem cùm fortè offendiſſet Hainricus Rex, Imperatoris F., *iocoſa quædam verba eructauit in hunc modũ; Domine Abbas, neceſſariã adinueni veſtræ infirmitati medicinã. accipiatis pro antidoto quadringentas argenti marcas. credo*

enim

enim quia receptatione talis potiti, à tertianis febribus poteritis continu. liberari &c. Quo ioco ſatis feſtiuo non dubium quin taxare Rex voluerit Abbatis illius auaritiam.

v. 119. *Troiugenarum*) Lesbiorum, qui vniuerſæ olim Troadis imperium obtinuere: auctor Strabo.

120. *Inclinata vates Nomine Sapho*) Salomo in Lex: *Saffica metra, quæ Saffo mulier edidit, atq; inde ita vocata.* Adeundus Terentianus, Atilius Fortunatianus, Diomedes, & Hephæſtio. In MSS. Diomedis, Rufiniani, Seruij, & Clementis vocatur *Adonium*: in excuſis Priſciani & Mauri *Adonicum*. Huiuſmodi carmen exſtat apud Boëthium lib. 1. de Conſol. Philoſoph. & aliud inter Hymnos Eccleſiaſt. apud Alcuinum epiſt. ad Eulaliam, VValafridum, Notkerum Balbulum, deniq. Metellum Tegernſeenſ in Quirinal. Vſus eius plurimus olim apud Comicos Græcos, ſed & ceteros. Latini epichoriambico ferè trimetro ſubiungunt. quæ videri cauſſa poteſt, cur ipſum quoq. fuerit pro Choriambico acceptum. exempla apud Horatium & Senecam tragœdum obuia ſunt. Porrò ipſius Sapphus Lyrica, poſt Ful. Vrſinum, collegit & Latio donauit Hen. Stephanus. ſunt verò penes nos, necdum, quod ſciam, publicitùs viſa, quæ cum Deo volente, pariter Alcæi, in vſum aliquando producemus.

v. 121. *Dactylus iſtic incipiat pes*) Hephæſtio; συνεμπίπτον τῷ δακτυλικῷ τῷ εἰς δεύτερον τροχαῖον. Suprà *Verſus bipedalis*, Grammaticis *Dimetrum catalecticum*, Græcis πεντασύλλαβον & χοριαμβικὸν πενθημιμερὲς, vt ſcribit Hephæſtio. Terentian. lib. 11. *Eius, quod metrum vocatur* δίμοιρον ἐπικὸν, *eò quod duos pedes Heroos tantùm recipiat, dactylum & ſpondeum, Sapho dicitur carmen compoſuiſſe continuum numerum per ſyllabarum.*

barum, id eſt, πεντασύλλαβον. Alcuino *carmen ſenario numero nobile*, non quòd ſenis ſyllabis conſtet, verùm quod hexametro verſu frequentetur. Verba eius epiſt ad Eulaliam Caroli M. filiam; *Hoc carmen tibi cecini ſenario numero nobile, qui numerus perfectus eſt in partibus ſuis, te optans eſſe perfectam in ſenſibus tuis.* hinc diſce quamobrem Fedolio miſerit verſus iſtos. ſubnectit dein; *Cuius numeri rationem, ſicut & aliorum, ſapientiſſimus Imperator tuæ perfacile oſtendere poteſt ſagacitati, cuius mentis miranda eſt nobilitas* &c. quippe Carolus M., Poeta inſignis æuo ſuo, qui pluſculos fertur verſus ſcripſiſſe Latinè, Græcè, Germanicè, quos tempeſtati noſtræ Fatum inuidit.

v. 156. *Qui ſine fine*) æternùm. Hymn. Eccleſiaſt.

Qui exſtas rerum omnium
Sine fine principium.

Theodolus Ecloga;

Cui tres perſonæ tria nomina ſunt ſine fine.

Proſper Aquitan. l. 1. epig. v.

Ne ſine fine habeat debita pœna reos.

Ambroſius, ſiue is Gregorius M. ſit, prœcodixit, *omni fine*, feriâ vi. ad Laud. matut.

Omnique fine temporum
Purgata ſeruat pectora.

Ebræis *in finem*, in quodam Pſalm: *Exurge, & ne repellas me in finem.*

v. 163. *Nunc ad olympiadis ter ſenos*) alt. MS. *ter ſena.*

 Olym-

Olympias, luſtrum ideſt quinq. annorum ſpatium. Sidonius Appollinaris l. IX. ep. XII. *Poſtquàm in ſilentio decurri tres Olympiadas.* Raban⁹ Martyrol. VIII. KL. OCTOB. de Sollemni Epiſcopo; *Tres Olympiades gerens in epiſcopatũ de hac luce migrauit ad Chriſtum.* Ouidius;

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt,
Et tempus luſtri tranſit in alterius.

Salomo Lex: *Olimpias apud Græcos conſtituta apud Elidem Græciam ciuitatem eius agentibus agonem & quinquennale certamen quattuor mediis annis vacantibus, & ob hoc Elidum certaminis tempus Olimpiadem vocauerunt, quadriennio in vna Olimpiade ſubputato.* Demetrius Triclinius in Pind. od. II. Olymp: ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς διὰ πέντε χρόνων ἐγίγνετο. Et peruetus Scholiaſtes, ſi Victorinus ſit ſeu Didymus, in od. x. ad illa Pindari verba;

——————— καὶ πεντα-
ετηρίδ' ὅπως ἄρα ἔστασεν ἑορτάν:

annotat; καὶ πενταετηρικὴν, ἄρα ἔστησε καὶ ἐνομοθέτησεν εἶναι τὴν τῶν Ὀλυμπίων πανήγυριν. Nunc ergò Columbanum, ſi putes anno ætatis X C°. reperies verſus iſtos compoſuiſſe, ita maximo natu ſcriptor, quem cum ſumma grauitas, tum mira ſanctitas ſemper comitatæ ſunt, extrema ſenectute diem obijt ſupremum. Martyrolog. Rom. XI. KL. DECEMB. *Multis virtutibus clarus quieuit in ſenectute bona.* Viola Sanctorum; *In ſenectute bona & ſancta obdormiuit in pace.*

v. 164. *Fugit irreparabile tempus)* Hemiſtichion Virgilianum ex X. Æneid.

v. 165. *Viue, vale latus)* An mutuatum à Perſio ſat. v.

Viue

Viue memor lethi, & Horatio Sat. VI. lib. II. An eſt formula Horatiana; *Viue, vale* —— in Epiſt.? *Triſtiſque memento ſenectæ*) Ouidius III. de Arte amandi;

Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Aureum dictum ab alio Poeta foret in ſenſu alio dictum. ſimile eſſet ſententiæ Syracidis; *Memorare nouiſsima, & non peccabis in æternum.* τὸ *Triſte* epitheton eſt ſenectæ ſuum ſibi & proprium. hinc Iuuenal. ſat. II.

———————— *Sed morte magis metuenda ſenectus.*

Quid igitur Columbanus *ſenectam* vocat *optatam*, extremâ epiſt. præced.?

Caput VI.

IN MVLIERES.

AVt vehementer fallor, aut hoc epigramma in Brunichildem ſcripſit, ſceleratiſſimam Burgundionum Reginam. Etenim operâ eius & falſis querimonijs impetratum eſt, vt Columbanus & Bobio monaſterio & vniuerſà procul Burgundià ab Theodoricho pelleretur.

v. 1. *Mortale venenum*) θανατηφόρον φάρμακον. Auctor de Contemptu mundi;

Vitat terrenum decus, vt mortale venenum.

Gloſſæ in Hiſtor. Eccleſ. *Exitiali, mortali.* Et in Caſſianum; *Letheo, mortali.* Theganus de Geſtis Ludouici Imp. *Illud iudicium mortale, quod ceteris factum eſt, Imperator exercere noluit.* Ceteri enim *omnes iudicati ſunt ad mortem.* Guntherus lib. v.

—— Mortali corpora ferro Confodit ——

vbi malè vulgatum hactenus *mortalia*, quod & Chriſtoph. Pflugius obſeruarat. Eo ſignificatu Virgilio *Vulnus mortale,* xII. Æn. Apollonio Collatio *Mortalis Enyo,* lib. III. Excid. Hieroſ. Cypriano *mortale crimen* eſt, quod poſterioribus ab Eccleſia *mortale peccatum.* In libro Meditationū cap. xl. *Conſerua me ab omni mortali peccato.* quē librū qui Auguſtino Hipponenſi tribuunt, næ illi Afrum Epiſcopum non norunt. Trithemius Anſelmo Cantuarienſi aſſignat. quo argumento non queo diuinare. nam eius non eſſe, euidenter euincunt ſcripti noſtri codd. in quorum vno nomen auctoris non præſcribitur; in altero, recenti & nupero, Auguſtini nomen adeſt. at ſunt nobis Anſelmi Meditationes, in quarum præloquio teſtatur omnes ſuas inibi orationes congeſſiſſe. Sic enim ſcribit; *Anſelmus indignus Epiſcopus, reuerendæ Comitiſſæ Mathildi ſalutem. Placuit celſitudini veſtræ, vt omnes orationes, quas diuerſis fratribus ſecundum ſingulorum petitionem edidi, ſibi mitterem,* &c. In edit. Colonienſi carmen *De gloria & gaudiis Paradiſi,* quod eſt cap. xxvI. ad Petrum Damianum, Anſelmi ſupparem, auctorem refertur. virum pium & doctum cetera ſcripta loquuntur. an totius libri fictor conditorúe? an eſt Auguſtinus Anglorum Apoſtolus, vt quidam contendunt? Ille potiùs.

V.2. *Quod mulieris habet)* Euripides Phœniſſ.

> Φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν γένος.
> Σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν ψόγων
> Πλέιους ἐπεισφέρουσιν ———

Seneca Hyppolit:

Sed dux malorum femina, & ſcelerum artifex.

Propertius lib. II eleg. VIII.

Sed vobis facile eſt verba, & componere fraudes
Hoc vnum Didicit femina ſemper opus.

Tibullus lib. III. eleg. IV.

Ah crudele genus, nec fidam femina nomen.

V.3. *Conlatū vitæ deſtr.)* D. Paulus I. ad Corinth. XV. v. XXI. ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. Quid iam? num Paulum falſimoniæ convincit Columbanus? Caue, caue cogites. an vidit ad cap. I. Geneſeos? nihilo magis. Quid ergò? num ad Canticum canticorum Salomonis? multo id quidem minus. verùm idem dicit, quod Paulus, & cum eo Patres pleriq. omnes. Audi, ne longiùs abeamus, Auctorem de Contemptu mundi, virum ſanctum & oppidò pium. Is tibi, Adamum peccatorem cum Chriſto redemtore contendens, tamdem effatur;

Femina cauſa fuit humanæ perditionis;
Qua reparatur homo femina cauſa fuit.
Femina cauſa fuit cur homo ruit à Paradiſo;
Qua redit ad vitam femina cauſa fuit.

Femina prima parens exoſa, maligna, ſuperba;
Femina virgo parens caſta, benigna, pia.
Femina prima parens iratum reddidit illum;
Quem facit eſſe pium femina virgo parens.
Eua fuit medium quod homo foret abſque patrono;
Virgo fuit medium quod Deus eſſet homo.
Si Deus eſt & homo, vult atque poteſt miſereri,
Quod dedit hoc homini conferto poſſe Deum.

Poſtremus verſus eſt corruptus, quem ſic conati ſumus reſtituere.

Quod dedit, hoc homini conferet ipſe Deus.

quod Deus dedit homini Chriſto, hoc Chriſtus Deus confert humano generi, ſc. miſericordiam. Alterum diſtichon eſt à Sedulio presbytero in eâ, quam Turcius Ruffus edidit, Collatione, malè Claudiano Mamerto tributâ;

Sola fuit mulier, patuit quà ianua letho:
Et quà vita redit, ſola fuit mulier.

Caput

Caput VII.

IN MONOSTICHA.

SI, quæ de Monoſtichis iſtis mea mens animi ſit, exquiras, quæ res vero propior eſt, eam rem tibi exponam. Fuit cùm ea vix in manus ſumerem, vt illicò abicerem, nec idonea tanto viro exiſtimarem. Ei rei multa argumenta, ſi operæ eſſet, dicere poſſem. Nam quid in Monoſtichis, quæ ſententiam perficiunt, otioſæ iſtæ particulæ faciunt, *quidem*, *quippe*, *etiam*, *que*, *enim*, *nam*, quas verſus explendi totiens in geminat? Nonne (tuum animum quæſo, Velſere magnifice) malum atq. infelicem Poetaſtrum arguunt? Quid tot earumdem ſententiarum iterationes, cùm ſæpiculè verſus bis, ter, interim quater, facie verborum vix mutatâ, regeruntur? Equidem iſthæc erant, & quæ non tango, quæ me à ſuſceptâ ſemel opinione deduci non patiebantur. nam illud Caniſij argumentum nimis videbatur ἀσυλλόγιστον: In his duo ſunt verſus, qui apud Columbanum leguntur: Ergò hæc ſunt Columbani. æquè argumentari queam; In Monoſtichis de Moribus, quæ P. Pithœus edidit, tres verſus, qui iſthîc ſunt, leguntur: E. Monoſticha illa ſunt Columbani. quod quàm euincat, ſciunt illi, qui à Zenone vel Chryſippo. At verò, cùm curioſiùs menbranam conſideraui, non debuit fides eius inſuper haberi. ita eſt antiquà & notæ probæ, vt Hartmotus quoq. & Ratpertus laudauerint, ſcriptores octo veteriores ſæculis. in eâ dubitanter quidē, ſed exſertim Columbani nomen

nomē præſcribitur his verbis: INCIPIT LIBELLVS CVIVSDAM SAPIENTIS, ET VT FERTVR, BEATI COLVMBANI. Eumdem titulum præfert Codex Friſingenſ. ex noſtrâ membranâ deſcriptus. Præterea vbi cum illis ad Hunaldum & Sethum contendi, vix reperi lac lacti & ouum ouo, quod dici ſolet, magis ſimile. pariter illi, vt iſti, ex vetuſtis Poetis ſunt mutuati, præter quòd iſti inſubidi magis, quia ſubitati, nec ad amuſſim politi. Scilicet ex Hypomnematis ſuis, vti quiſq. ſeſe offerebat, in vſum Fratribus exſcripſiſſe, & Monoſtichis conformaſſe. Exinde adeò euenit, vt in iſtâ diuerſorum verſuum congerie, ſententias crebrò idem ſignificantes, quemadmodum Gentilibus ex poetis conieçerat imprudens inculcaret. Idem videmus Octauiano, Diſtichorum, quæ Cato inſcripſit, collectori accidiſſe. quo in Poetâ diligenter Columbanus fuit, verſuſq. formâ atq. verbis paribus exſcripſit plurimos. Quod ad particulas, vidimus Poetas, qui ſuo ſe iudicio felices arbitrabantur, virtute illarum non infrequenter abuti. in mundo eſt exēplum eiuſdem Octauiani, quem Columbani magiſtrum ſi ſalutes, non erraueris. verſus eſt Catone ſeu Diſtich. lib. I.

Cumque mones aliquem ——————

Sed nolo pluribus: ſummam rem complexus ſum.

v. I. *Hæc præcepta legat*) Octauianus initio lib. IV. *Hæc præcepta tibi ſemper relegenda* —— —— & principio lib. III. *Hæc præcepta feres* —— —— Probanſ tibi iſta, quæ dico, Columbanum monoſticha ſua edidiſſe ad Octauiani diſticha?

v. 2. *Virtutum titulis*) Iſambardus Diaconus in Carta

Traditio-

Traditionis; quam Wago contulit Monaſterio; *Cuius vita multis virtutum titulis claruit.* Arnulphus Lexouienſis epitaph. Mathildis Imp.

Virtutum titulis humani culmen honoris
Exceßit mulier —— quod ſeq. carm.
———*Egregia virtutum laude coruſcans.*

Papias Gloſſ. *Titulus dicitur inſcriptio, vel ſignum laudis & honoris, ſiue laus.*

v. 5. *Chriſto ſocius ſine fine videri*) Interpretatur Salomo Lex: *Sine fine, ſine modo, ſine intermißione.* Sidonius l. VI. ep. IV. *Apoſtolatui tuo ſine fine debetur, etſi abſq. intermißione ſoluatur.* Marcellus; *Infinitio quaſi ſine fine, & indefinitio.* Vetus Poeta, ſiue Petronius ſit, vt Binetus vult, an alius, in Phalæcio;

Sed ſic, ſic ſine fine feriati.

Ouidius in epiſtol.

Si noceo, quod amo, fateor ſine fine nocebo.

Et de Ponto;

———*Vigilantque mei ſine fine dolores.*

Petrus Diac. de Notis; I N. HC. MM. S. P. SN. FN. *in hoc monumento ſunt pecuniæ ſine fine.*

v. 6. *Impleat ipſe Dei, qui vult ſ. vota v.*) Sententia huius verſus à nemine, quàm veteri verbo Germanico, commodiùs explanari poteſt;

Swan wirr io daton, ſwas wir io ſylton;
Alſus dat öch Druhtin, ſwas wirr wolton.

Xyſtus Sententijs; *Ea debes velle, quæ & Deus vult.*

Votum, βούλησις, voluntas. Iſidorus Sentent. de ſummo bono l. III. c. LI. *Plerique apud iniquos Principes neceſſitate magis quàm voto mali exiſtunt.* Perſius ſat. v.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Auctor de Contemp. mundi;

Ergò tu totis contemnens infima votis.

Votum Dei, voluntas, præceptum, mandatum Dei. *Vota* hominum, preces. Xyſtus ſentent., Rufino interprete; *Oratio vel vota pigri, ſermo vanus.* Auianus Cita o. mſſ. l.) Fabulis;

Diſce tamen pigris non flecti numina votis,
Præſenteſque adhibe, dum facis, ipſe Deos.

Ambroſius hym. in Aduent. Dom. ad veſp.

Exaudi vota ſupplicum.

ita o. l. v. quos temerè mutarunt, qui metro volebant opitulatum. Hymn. qui Hilario adtribuitur (non Pictauiēſi à me, non Arelatenſi) de Purif. Mariæ virg.

Tu libens votis, petimus, precantum
Regis æterni genitrix faueto.

Waldrammus ad Salom Epiſcop.

Si duo de vobis votis concordibus, aiens,
Implorat aliquid, hoc Pater ipſe dabit.

v. 9. *Corpus exſup. vires prud. ment.)* Salomo Proverb. XXI. v. XXII. Auctor Sapient. VI. v. I. infrà verſ. CXVII. &c

cxvii. & ſeq. Phocylides Nuthet. Titinnius Setinâ; *ſapientia gubernator nauem torquet, non valentia.*

v. 13. *Dæmonas aduerſus)* Verſus confuſus & hyperbaticus, cuius ordo; *Oratio eſt magna virtus aduerſus Dæmonas.* Conſimili hyperbato laborat verſ. xlvi.

v. 15. *Nimia eſt quæcumque voluptas)* Eſt apud Octauianum hodiè deprauatus. Columbanus meliores codd. ſecutus eſt, ſed & Planudes, qui vertit;

πᾶσα γὰρ ἢν σπατάλη δεινῆς νόσου ἐστὶν ἀφορμή.

v. 16. *Tu dare ne claudas)* Ieſus Sirach. c. iv. v. vlt. Innocentius III. PP. de Miſer. hum. condic. cap. xLII. Pro quorum verbis locus hic corruptus eſt. MS. Leodienſis; vnde princeps dedit Delrio Althelmo Epiſcopo adſcripta, habet; *In dare.* impendiò melius, ad imitationemque Græcorum, qui Gerundijs (vt Grammaticorum verbo vtar) carent. *In dare,* ἐν τῷ δοῦναι: *in prendere,* ἐν τῷ λαβεῖν. Senſus eſt; noli manus in dando clauſas, in accipiendo geſtare paſſas. Verba itidem, infinita maximè, vice nominum ponere, Graijs, quàm Romanis, ſolentius. Terent. Phorm. a. iv. ſ. iv.

Aruſpex vetuit ante brumam autem noui
Negoti incipere ——— ita v. II. pro inceptionem noui negotij. Perſius; *Scire tuum nihil eſt* ——— Idem; *Velle ſuum cuique eſt* ——— Hos æmulati ſunt Eccleſiaſtici, qui perpetuò Græciſſant. Eugenius Epiſc. Toletanus orat. ad Deum;

Sic bene velle queam, quò prauum poſſe recedat.

Iuuencus lib. I. —— *Sufficiat voluiſſe tuum* ——
Dracontius Hexaem:

Velle pares, & nolle pares, ſtans vna voluntas.

Columbanus epiſt. I. *Nihil tibi prodeſt aſcendere, quod aſcẽderis.*

v. 17. *Semper in ore tuo*) Idem, nec aliud, ingerit verſ. cxxiv. & ſeq cxxv.

v. 22. *Quiſque dies vitæ eſt*) Ex Octauiano l. 1. diſtich. xxxiii. Horatius lib. I. epiſt. ad Albium;

Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.

Boetius ex Seneca;

Omnis dies velut vltimus iudicetur.

Alcuinus epiſt. xxxvi. ad Altampetram.

v. 23. *Quod dare non poßis*) Leod. MS. *non cogites*, adymbratus verſus ex Octauiani diſt. xxv. lib. I.

v. 24. *Octenas ſtudeas*) Hodie ſeptem tantùm principalia numerantur vitia. at veteres octo. Theodulphus Aurelianenſ. epiſt. ad Clerum; *Octo ſunt principalia vitia, ſine quibus vix vllus inueniri poteſt: eſt enim gaſtrimargia, hoc eſt ingluuies; ſecundò fornicatio; tertiò accidia ſiue triſtitia; quartò auaritia; quintò vana gloria; ſextò inuidia; ſeptimò ira; octauò ſuperbia,* &c. Ita Euagrius ad Anatolium *De octo vitioſis cogitationibus* ſcripſit, S. Nilus *De octo vitioſis affectionibus,* Abbas Serapion *De octo principalibus vitiis* apud Caſſianum Collation. lib v. Ioannes Climacus de Scala Paradyſi grad. xiii. grad. xxvi. & ſeq. deniq Nicolaus Dinkelſpüle, veteres quàm nouos imitari maluit. Nã ante hos ducentos annos librum *De octo vitiis capitalibus* compoſuit, oppoſito alio *De octo beatitudinibus*, de quibus &

bus & Chromatij Epiſcopi ſermo circumfertur. Vicimus iam, Caniſi, & magni Delrionis petitus pugilicè atq. athleticè eluſimus.

v. 25. *Quadriga repleta ſalutis*) Helleniſmus eſt, ἀναπλεωθεῖσα τῆς σωτηρείας. Qui loquendi modus Latinis non eſt inuſurpatus. Symmachus l. 1. ep. XIII. *Quem Domini noſtri Gratiani caleſtis oratio bona ſpei & bilaritatis impleuit.* Sed præferenda mihi Leodic. cod. lectio, *repleta triumphis.* Chriſtiani, Morte ſuperatâ, victoq. cum ſatellitibus Diabolo, dicuntur eos triumphare, præeuntibus Angelis, ad Capitolium adſcendere Cæleſte, vbi albâ ſui ipſorum victimâ mactatâ, in aulâ maneant glorioſi. Auguſtinus de verb. Apoſt. ſerm III. *Prius aquetur pugna, vt aliquando ſit victoria. nouiſſima enim inimica deſtruetur Mors, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Prameditamini verba triumphantium; Vbi eſt, Mors, contentio tua? Triumphantium iſta vox eſt, nō pugnantium* &c. Hieronymus lib. IV. in Matth. c. XXVII. *Angelus venit cuſtos ſepulcri Dominici; & in veſtitu candido ſignat gloriam triumphantis.* templum, indeq. mactato tauro albo domum rediret. docent non vno in loco Plutarchus & Plinius.

v. 26. *Lingua ſuos hab. fren.*) Par gnome verſ. CXIII. Ambroſius hym. V. ad primam;

Linguam refrenans temperet
Ne litis horror inſonet.

v. 27. *Niſi qui ſiet omn.*) Leod. *qui ſit in omnibus aq.* Sed non ſpernendus temerè archaiſmus. nonnumquam Pa-

tres de induſtriâ vetuſteſcunt. Mar. Victor Geneſ. lib. III.

Nil eſt quod metuas, hæres tuus ille Damaſcus
Vt ſuat ——— Dicam alibi.

v. 18. *Veniam non forte mer.*) Leodic. μετ' ἐρωτήματος: *ne forte meretur?* *Ne* pro num. Mamertinus Panegyr. Iuliano dicto; *Ne quis Deus vno in anno multiplices fructus agro vni dedit?* ita emendaui. vulgò *nec quis*. Columbanus interrogando ſimul negat, ita infrà;

Cui prodeſt, ſocio qui non prodeſſe probatur?

q. d. nemini. & poſt;

Quid peius, quàm ſe vt iungat habitator iniquus?

q. d. nihil. Machales Interpretationibus; *Percontatio eſt, quando interroganti nulla reſpondentur vel ſubaudiuntur. vt in epiſt. Pauli Apoſtoli; Quis accuſabit aduerſus electos Dei? ſubauditur autem Heretici vel Iudæi.* Solent Ebræi in affirmationibus quoq. interrogare. eos imitati cùm veteres Romani, tùm Noui Teſtamenti ſcriptores. Ioann. VI. v. lxx. οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην; καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστι; Adeundi Interpretes.

v. 29. *Qui bona deſueſcit*) ὃς ἀγαθὰ ἀπεθίζει, οὗτος συνεθίζει κακὰ ἐνεργητικῶς, vt quæ Ebræi formant in Hiphil. Iſidorus Different. lib. II. *Conſueſcimus bona, inſueſcimus mala, Adſueſcimus vtraq.* eadem Vguitio Gloſſ. & Auctor Differentiæ ſermonum vetuſtus. Cicero epiſt. ad Metellum; *A te id, quod ſueſti, peto.* Baſilius Epiſc. Ammonit: *Non ſueſcas conſuetudines peſſimas.* Quod ad agnominationem,

ita Ma-

ita Maximus ſerm. de Ioann. Bapt: *Quidam de Sapientibus dixit; Benè conſuetos pudebit deſueſcere.* Bernardus Claræuallenſ. *Cùm ab his deſueſcere, & ad illa pauliſper adſueſcere cœperit.* vtrimq. *Diſſueſcere,* quod Barbari intruſerunt, nihilo rectius eſt, atq. *diffinire* pro definire.

v. 30. *Non tu quaſo iocis) Ioci,* ſcommata & cauillæ, Siracho *verba improperij,* c. xxxi v. vlt. *Iocularium malum* Terentio ſcommaticum & ſycophanticum. Ambroſius Offic. l. i. c. xxiii. *Ioca videntur dulcia ac ſuavia, cùm tamen à Chriſtiana regula ſint aliena.* Publius Mimis;

Amicum lædere ne ioco quidem licet.

Huius generis aliquot recenſet Macrobi⁹ Saturnal. l vii. c. iii. & Ariſtophanis in Euripidẽ Plinius Nat. hiſt. l. xxii. c. xxii. *Carmen* dicitur *Pſalterium* quoq. & *Canticum.* Paulus Sentent. l. v. t. iv. *Pſalterium, quod vulgò dicitur Canticum, in alterius infamiam compoſitum* &c. Et præced. §. *Carmen facit non tantùm qui ſatyras & epigrammata, ſed illegitimam inſectandi alicuius cauſam, quiduè aliud alio genere cõponit.* ad quæ verba Anianus; *Is qui in blaſphemiam alterius canticum compoſuerit, vel cantauerit, in eum extra ordinem vindicatur.* Hæc ad mentem Columbani.

v. 31. *Sæpiùs auditu inſtrueris)* Leod. MS. --*auditu frueris quàm voce ſalutis,* nullo ſenſu. Vult nos ad rei veritatem plenè informari atq. inſtrui, quàm prius ad alios referamus. Nam quæ dicuntur & creduntur facillimè, plena ſunt futilitatis ſummæq. leuitatis. Ideò Nigidius apud A. Gellium; *Vir bonus* (inquit) *præſtare debet ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat.* Quamobrem pro *inſtrueris,* quouis pignore contendam ſcripſiſſe Columbanum *inſtruere*

ſtruere, modo imperandi. τὸ E- longum eſt. Prudentius lib. II. contra Symmach.

Incaßùm arguere iam taurica ſacra ſolemus.

Idem Pſychomach.

Imbuere fragilique viros ————

Rurſum Apotheoſ.

Cum libet in gelidum flabrare frigore ventum.

ita ex v. l. reſtituit Hub. Giphanius, IC. noſtri æui princeps. cui adſtipulantur duo antiquiſſ. codd. S. Galli. Iuvencus lib. IV.

Aſpicite ſcribas ſublimi ſede ſuperbos.

Octauianus lib. I. diſtich. XXXI.

Nam ſtultum eſt petere, quod poßit iure negari.

Iterum diſtich. XXVI.

Tu quoq. fac ſimile, ſic ars deluditur arte.

Terent. Heautont.

Scitum eſt periculum ex aliis facere, tibi quod ex vſu (*ſiet.*

Damaſus PP. de Paulo Apoſt.

Abnuere ſanctos Chriſtum laudaſſe Prophetas.

Sic apud Græcos Orpheus Argonaut.

Τοῦ χρέα τε, λιγύπτον τε γάμων αἰδήσιμον ἔργον.

V. 33. *Quicquid largire videtur*) id eſt, largitur. Non

debuit

debuit mutare Caniſius. Poſitum more Ebræorum, quibus hæc verba non ſolùm cogitationis ſunt, ſed etiam rei. Geneſ. xxxi. *Quaſi alienas reputauit nos*, h. e. tractauit tamquàm peregrinas. Eſdræ l. iv. c. viii. *Ne indigneris eis, qui beſtiis peiores iudicati ſunt.* Paulus ad Ebræ. c. iv. in pr. Δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι h. e. deſit & tardè veniat. *Largio* verbum eſt ex illis, quæ tam actiua quàm paſſiua voce vnum atq idem ſignificant, ait Priſcian. lib. vii. exempla idem atq. Caper ſuppeditant, eâpte formâ *populauit* ad Fedol. *Cauſes* verſ. civ. *vlciſcere* verſ. cxxix.

Iniuriaſque tuas in fratrem vlciſcere noli.

Lucilius lib. xiv. *largi* poſuit pro largire. Accius Diomede, *largito*. Cato Lege Bæbia, *inlargibo*. Non. Marcellus cap. vii.

v. 34. *Non opibus*) Hunc verſum Octauiano redonauit magnus Scaliger. quem vide lib. iii. pro *almis* promulgavit *ipſis*. verum eſt, *aptis*, id eſt, *gratis*.

v. 35. *Irrideat alter*) Leod. *derideat*, expreſſum ex diſtich. vii. lib. iii.

Exemplo ſimili ne te derideat alter.

v. 38. *Miſeratio blanda*) indulgentia. Quintilianus l. i. c. iii. *Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit.*

v. 39. *Numquam præponis amico*) Reſcripſi, *præpones*, ex diſt. xxxii lib. i. & verſ. lix. Sic verſ. clv. ——*Numquã dimittes amicũ*. vbi erat ſimiliter peccatum. vide verſ. xcv.

v. 40. *Omnia quæ dicunt*) Phædrus l. iii. fab. xlix.

Nil ſpernat, nec tamen credat ſtatim.

Seneca; *Vitium eſt omnia credere, vitium nihil credere.* Romulus lib. II. Fabul.

Tempore non omni, non omnibus, omnia credas.
& quæ ſequuntur.

v. 41. *Non ſibi quis viuat*) *Non quis*, nemo, ſicut *nequis*, nullus apud Plautum. Salomo Lex. *Non quis, non aliquis, nullus, nemo.*

v. 42. *Non tua ſed Chriſti*) Paulus ad Philippenſ. c. II. v. XXI.

v. 43. *Non te, non mundum*) Matth. x. & XVI. Marc. VIII. Luc. IX. & XVII. Ioan. XII. & XVII.

v. 46. *Diuitis opprobrium*) Amphibolia ſyntaxeos ſenſum reddit obſcuriorem. Conſtrue; *Gemitus pauperis eſt opp. ingens diuitis.* vide verſ. XIV.

v. 50. *Præſtat patientia vitam*) Martyrium, II. Machab. VII. v. XXXVI. Perſeuerantia in rebus aduerſis, Sirach. Eccleſiaſt. II. v. I. & ſeqq. Conſtantia vſq. ad eam, quæ rerum vltima finis, Matth. x. v. XXII. Marc. XIII. v. XIII. Luc. XXI. v. XIX.

v. 51. *Te feritate magis fac. moder.*) Interpretem adduco v. VIII.

Sint tibi pacifici magna dulcedine mores.

Moderatio eſt humanitas cum grauitate coniuncta. Salomo; *Moderatio, temperamentum, communitas.* Gloſſ. vett. *Grauitas, modeſtia.* ei aduerſatur *Feritas*, quæ eſt ſuperba & barbara contemtoris hominis ferocitas. Auguſtinus Anglus an Petr. Damianus Meditat. cap. VIII. *Eius pietati mea impietas, eius modeſtia mea peruerſitas, & manſuetudini*

donetur

donetur ferocitas. Magis clarum feritate, i.e. clariorem ſeu cōmendatiorem te reddet quàm auſteritas & inhumanitas Baſilius Epiſcopus Ammonit. *Ergo magis omnibus diligamus Deum* μᾶλλον πάντων Demoſtheni. VValafridus de Viſione VVettini, cap. xxx.

——Magis omnibus iſti profuit ille loco——

v. 53. *Conſilio facias*) Ieſus Sirach xxxii. v. xxiii. infrà verſ. cxl. quem quaſi ex veteri Poetâ citat Antoninus Florentinus l. ii. tit. v. c. x. Sententia paſſiua & peruulgata, quã dictarunt primi ſapientiæ magiſtri, Pythagoras in Aureis, Theognis in Sentent. Bias apud Stobæum ſerm. iii. & Demetrium in Apophteg. Iſocrates ad Demonic. & ex eo Agapetus Parænet. ad Iuſtinianum Imp.
Thucydides lib. i. Demoſthenes Philipp. l. Salluſtius procem. Catilinæ, ab hoc accepere Hieronymus, Lupus Ferrarienſis epiſt. xxxiii. & xciii. Fulbertus prologo vitæ Autberti apud Surium xiii. DECEMB.

v. 55. *Iuuenis paradigmata rere*) Geminus verſus ad Sethum;

Sanctorumque Patrum caſtæ moderamina vitæ.

Monet, ſanctorum Patrum exempla, quibus ſemitam nobis ad pietatem docendo vel agendo fecêre, inſuper non habere. παράδειγμα, exemplum. Thucydides; παράδειγμα τοῖς πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἀνδραγαθίας νομίζεσθαι. Vocabulum μέσον, probro quoque & crimini tributum. Alc. Avitus ad Soror ——— ——— *Luxuriæ paradigma ſenilis.* Iſocrates Parathen. τίς ἂν σύζῆν ἔχοι παράδειγμα μεῖζον ἀδικίας καὶ συκοφαντίας καὶ πονηρίας An *paradigmenta* ſunt *parabolæ*; nam hæ figuræ apud Rhetores ſunt affines, atq. adeò confun-

tur à Quintiliano & Cicerone. quin Ebræa vox משלי *miſchlj*, quo nomine ſententias ſuas inſigniuit Salomo, vtrumq. notat. vt idem velit Columbanus, quod in grauiori negotio monet Baſilius Ammonit: *Ne fabuloſa arbitreris Dei præcepta, ſed in his ſemper ſollicitum ſit cor tuum.*

v 57. *Tantum verba valent*) Eleganter. & ita Celſus in. l. Labeo, 7. § vlt. D. de ſupell. leg. *Prior atq. potentior eſt, quàm vox, mens dicentis.* Hilarius Pictauienſis; *Intellegentia dictorum ex cauſſa ſumenda eſt dicentis.* h. e. ſcopo & intentione. hoc elegantiſſimum fragm. Nicolaus citat Lyranus Comment. ad cap. xviii. Deuter. Scholaſtici; *Verba accipienda ſunt non in eo ſenſu, quem faciunt, ſed in quo fiunt.* Tertullianus de Reſurrect. carnis; *Ex materia dict. dirigendus eſt ſenſus.* Thomas Aquinas; *In vocibus videndum non tam ex quo quàm ad quid ſumantur.* Boethius de Conſol. Philoſ. l. iii. *Cum Platone ſanciente didiceris, cognatos, de quibus loquuntur, rebus oportere eſſe ſermones.* Ex Platone Simplicius; Res debent intellegi κατὰ τὴν ἀκολουθοῦσαν τοῖς πράγμασι νόησιν.

v. 60. *Difficile inuenias*) Alcuinus epiſt. xi. ad Carolum M. *Veterum prouerbialis fulget ſententia; Amicus diu quæritur vix inuenitur, difficile ſeruatur.* idē ingerit epiſt. ii. ad Edilredum R. & epiſt. xxxv. & Cangyth. epiſt. ad Bonifacium Martyrem.

v. 62. *quam perdit amicos*) MS. S. Galli; *pendit.* I cod. *expedit.* veriſſimè namq amicorum, ita vti nomen cluet, nemo vmquam nimium habuit. *Expedit*, συμφέρει Petronius Satyr.

Nomen amicitiæ, ſi, quatenus expedit, hæret. &c.

Itaq. verſus non conſtat. ſed video Columbanum & eius

æui verſificatores leges metricas minùs calluiſſe, vel certè neglexiſſe. Sic Romulus mediam in *vindicat* produxit lib. I. Fabul.

Sæpe fidem falſo vindicat inertia teſte.

Guntherus in profugat lib. III.

Ecce profugata, miſerabile vulgus, ab arce,

Alanum Parabolis volunt primam produxiſſe in *trahere*, illo verſu;

Non leuitur corio canis extrahetur inunćto.

Sed tenes lapſos eſſe per errorem. nam verſus eſt depravatus, ad id exempli reſtituendus; —*abſterretur inuncto*, Horatius ſat. V lib. II.

Vt canis à corio numquam abſterrebitur vncto.

In contrariam rationem peccatum ab alijs. Nam Damaſus in *beatus* mediam corripuit, carm. de Paulo Apoſt.

Verſibus his breuiter fateòr beatiſſime Doctor.

In *theatrum* Guntherus arg. lib. VIII.

Cæſar, & antiqui theatri procul aſpicit arcem.

Itidem in *inſidia* lib. VI.

Cuius ob inſidiam fratres ceruice rebelli

Abiecere iugum——— Dolor ſæuit in præcordijs, quotiens hunc poetam in manus ſumo, ita malè habitus maleq. concinnatus eſt. Exemplis iam productis fors eſt vt tueri poſſit vulgaria verſ. XXXI. lectio; *ſæpiùs auditu inſtrueris*——ἐν τῷ μέλλοντι, quod vim apud Ebræos habet imperandi.

v. 64. *fides dono ditabitur almo*) Gloſſ. in hiſtor. Eccleſ: *Affecit, ditauit*. Leodic. MS. *probabitur*. improbatè. Nam ſola fides præmium fidei accipiet, non opus operatum. S. Cyriacus ad Theophanem; *Dico tibi, quia ſi omnes virtutes homo operetur, nec rectè credat, in hoc loco cruciabitur*. apud Sophronium an Ioannem Moſchum prato ſpirit. cap. XXVII.

v. 65. *Leuis non animam torquentis*) Verſus corruptus. Leod. *Leuia non animi torquentis*. quæ lectura nihilo eſt expeditior. Suſpicor fuiſſe; *torquendo cura ſat*. quo pacto verſ. CXXIV.

Iuſtitiæ & pacis placeant tibi verba loquendo:

Sic ſenſus erit planiſſimus. *Leuis* ſpondæum facit. Octauianus lib. I. diſt. VII.

Conſtans & leuis, vt res expoſtulat, eſto.

Non faciunt diſcrimen inter *Leuis* ἐλαφρὸς, & *Leuis* λεῖος. vide ſuprà *expedit* verſ. LXII. & infrà *conditus* verſ. CXII. In *Ligur* primam produxit Guntherus arg. lib. IX. *Ligur, & ingentem*——

In *benè* VVipo panegyr. ad Henr. III. Imp.

Huc bene venias, hîc omnia proſpera cernas.

Niſi ſi particula, ab librario omiſſa, poſtliminio reuocanda, legendumq. *Huc bene peruenias*.——

v. 66. *Res ſeuera quidem*) Leod. *Res te vera quidem*. Sententia; Modeſtè cum hominibus verſare, nec temerè genus aut opes tuas oſtenta, res ipſa, qui ſis, ſemper declarabit id

bit. id quod tibi multò erit honeſtius, quàm ſi lingua tua acres ſpiritus paſcat, quod iactabundum.

v. 68. *Noli tu adſueſcere*) Scribo. *nolito.* imitatio eſt Octauiana. verſ. cxliv.

Cum homine iniuſto nolito manere frequenter.

Modus loquendi frequens Bibliorum Interpreti.

v. 69. *Eſt non eſſe quidem*) Præſtat mortuum eſſe, quàm malam vitam ducere. *Eſſe notat* viuere. *Non eſſe*, vixiſſe. Ita εἶναι ἀντὶ τοῦ ζῆν. Hinc frequens Latinis formula *Fuit* pro mortuus eſt.

v. 70. *Mens bona theſauros*) Sapientia. Suprà verſ. xi.

Omnibus eſt mundi melior ſapientia gazis.

Adi *Bonæ Mentis* templum Romæ.

v. 71. *Tota virtute tuere.* Et hic ex ſequenti, & ſequens verſus ex iſto explicandi. Florentinus lib. III. D. de iuſt. & iure; *Iure hoc euenit, vt quod quiſq. ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur.* Celebre dictum Braſidæ apud Plutarch. πᾶς ἄρ τις κτλ &c. ὡς οὐδὲν ἐστι μικρὸν οὐδ' ἀσθενὲς, ὃ μὴ ζητεῖται τολμῶν ἀμύνασθαι. nulla ergo patiẽtia, quin potius homicidium ſuimetipſius, vim atq. iniuriam vitæ illatam nõ propulſantis. Cui iniuſtè qui inſidias tendit, occidi impunè poteſt. Lex eſt Draconis apud Demoſthenem, quam Cic. in eâ pro Milon. & Paulus Sent. l. v. t. xxiii. repetunt. Ex dictis paret, *tota virtute* eſſe omnibus virib⁹, πάσῃ ἀρετῇ. nam & ἀρετὴ Græcis idem quod δύναμις, ἰσχύς. Philoxenus Gloſſ. *Virtus*, ἀρετὴ, ἀνδρεία, δύναμις, ἰσχύς. Rectè, & ad vim primigeniam, quam ἀπὸ τοῦ Ἄρεος, h. e. Marte accepit. Salomo Lex. *Virtus, conſtantia, firmitas, robur, neruorum vis, vis animi.* Infrà verſ. cxxxv.

Sit tibi

Sit tibi cura tuæ tota virtute ſalutis.

Guntherus lib.VII.

Vſque vel ad mortem tota virtute reniti.

Columban.epiſt.II.

Orto ſole areſcit fœnum, & flos deperit;

Sic eſt omnis iuuentus, virtus cum defecerit. Cyprianus epiſt.LV. hæc duo, *robur & virtus*, velut idem ſignificantia, coniungit. Auguſtinus Soliloq. cap.XVIII. *In tua voluntate virtus eſt noſtræ ſalutis.* Et quod Columbanus Regul. cap.I. dixit *ex totis viribus*, id Vet. Interp. *ex tota virtute*, Græcè ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, Marc. XII. v. XXX. Videndus Iſidorus Etymolog. l. XVIII. c. XXII. & l. VII. c. II. de Saluatoris Synonymis, quæ videtur transſcripſiſſe ex Confeſſione fidei Catholicæ, quam BB. Armenius & Honorius Viro inluſtri Theophilo direxerunt.

v. 73 *Sufferre valebunt*) Sufferri poterunt. Opponitur verſ. ſeq. *Quæ ſubitò aduen.* —— Chriſtianis ſcriptoribus, huius cui quum maximè, admodùm quàm ſollemne fuit actiua ponere pro paſſiuis. Qua in re Ebræos videntur æmulati, quibus verba in niphal & hithpael paſſione amantur reciprocâ ſumi. Syneſius hymn. III.

Οὓς περὶ λιλαιεύειν Σῶμα χορεῦσαι.

h. e. περὶ ὃς (νέας) κ. σ. χοροσυθήσεται. In hymn. Eccleſiaſtico;

Qui mixta ne confunderent
Aquæ fluenta diuidens
Cæli dediſti limitem.

Lucretius, Poeta antiquarius, ita matri linguarum Ebrææ propior, lib. IV.

Tenue, locis quia non potis eſt adfigere adhæſum.

ita o. l. v. & vulgati. Coniectura, quâ ductus eſt Giphanius, mihi inconiecta eſt, cùm apud alios id exſtet figuræ, & ſciam mendorum turbam ex coniecturâ exſtitiſſe nō parvam. Operæ eſt vidiſſe, quæ doctiſſimus Interpres annotauit in Matth. II. XIII. & XXI. in Marc. IV. VI. & XXXVII. in I. Petri II. & Caſaubonus in eumdem Matth. II. & Acta Apoſt. VII.

v. 77. *Cuius documenta flagella*) S. Galli MS. *cuius ſunt* Lego cum Leod. *cui ſunt*, ex noto & proclamato verſu;

Felix, quem reddunt aliena pericula cautum:

Et illo Tibulli;

——Felix quicumque dolore
Alterius didicit poſſe cauere ſuum.

Flagella, pericula & afflictiones. Auguſtinus Sentent. *Quando homini & indulgentia conſulit & flagello.* Proſper Aquitan. l. I. epig. IV.

Verbere non numquam caſtigans corde paterno
Ne citò conſumant ſæua flagella reos.

Flagellare, caſtigare, affligere. VValdrāmus ad Dadonem;

Pro Domino pugnant, qui nos hoc more flagellat.

Fuit *VValdrammus* iſte S. Galli monachus & Decanus, qui Salomonis Epiſcopi ſimul & Abbatis nomine carmē

Q hoc ad

hoc ad Dadonem ſcripſit. teſtimonium perhibent ea, quæ Friſingenſi in cod. non ſunt, epigrammata. itaq. in poſſeſſionem, vnde abraſo titulo ab Caniſio pulſus, ſententiâ Abbatis D. Galli reſtituatur.

v. 80. *Omnis paulatim leto*) Ex illo Horatij verſu epiſtol. ad Florum lib. II.

Singula de nobis anni prædantur euntes &c.

v. 81. *Ante diem mortis*) Hoc verò ex Ouidianis;

——————— Vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

Ad quæ fors eſt vt viderit Euſebius De vita Conſtantini M. l. I. c. VII. *Nobis veterum* (inquit) *præcepto vetitum eſt, ne quemquam ante mortē propter varias & incertas vitæ mutationes omninò beatum exiſtimemus.*

v. 82. *Qualibet ex fructu*) Lucas Euangel. cap. VI. ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται. idcircò nihil eſt mutandum.

v. 84. *Quod tibi vis fieri*) Matth. VII. Luc. VI. Tobiæ IV. Abdiæ. XV. Pertractata apud Ebræos ſententia, quam Rabbini in Thalmud ſuum contulere: quamúe Alexander Imp. *vſque adeò dilexit, vt & in palatio & publicis operibus perſcribi iuberet*, quemadmodum narrat Lampridius. videndus Lactantius l. VI. c. XXIII. & Epitom. c. III. Auctor de Vita Philoſophor. Socrati, Demetrius Cleobulo Lindio adſcribit. Fundamentū fuit vnde exſtructus tit. Digeſt. *Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure*

dem iure vtatur. Porrò Columbani verſus quidam D. Galli Monachus conatus παρῳδιάζειν. in vet.menbr.

Quod tibi tu non vis fieri,non feceris vlli:
Quod fieri tibi vis,hoc quoque fac aliis.

Alio praſtare) ita S.Galli, vnde Friſingenſis petitus,autographus. rectè, & ſic S. Benedicti Regula c.IV. *alio ne facias,* & ca.lxx.*alio ne feceris*:in duob.Schobingeri exemplaribus.quibus exſtare veteriora auſim negare, fretus Germanicâ,quæ adiuncta,interpretatione, Otfrydi Wiſſenburgenſis & S. Notkeri tralationibus, vt difficiliore, ita à nobis abeunte magis. Octauianus I. 1.diſt.xiv.

Plus alio de te,quàm tu tibi,credere noli.

ita 4.vett. codd.& Schobingeri ſcidæ.

v. 87.*Teneas & ſtatera iuſtum)* στατῆρα. *Stater* Columbanus eſt pondus; *Statera,* menſura. quæ diſcriminatio mira eſt & inuiſa. Salomo Lex: *Statera, quæ Hebraicè dicitur Mozene* (מאזנים *Moznaijm*) *in his intellegitur, quæ appenduntur, & eſt gemina ponderum lancès æquali examine pendens, & habet nomen ex numero* (fort. *munere*)*quod duobus lancis & vno in medio ſtilo librata pendeat.* idem eſt *trutina.* Lex.GræcoLat: Ζυγὸς. ὁ στατήρ. *libra, examen, ſtatera, trutina.* Ecce στατὴρ, eſt *ſtatera*.ad quam faciē αἰθὴρ *athera,* & per ſyncopen *athra,* κρατὴρ *cratera,* κλιμακτὴρ *climactera.* Gloſſæ vett.in Eſdram; *Cratera, patena ſiue calix.* In Clementem; *Climacteras. partes cæli.* Virgilius xi. Æneid.

———Et aurea vati Caßida——

ad quæ verba Seruius; *Accuſatiuus Græcis pro nominatiuo Latino caſſis.* Præterea προσῳδίαν inſuper inuertit Columbanus. nam *ſtatera* primam corripit, & alteram producit. exempla ſunt apud Statium & Martialem.

v. 88. *Non tibi ſit modius*) Ex Salomone Prouerb. xx. v. x.

v. 90. *Si tu recta facis, ne cur.*) Octauianus l. III. diſt. II. *Cum rectè viuas, ne cur.* Vnde paret legẽd. *rectè facis*. ad id exẽpli, quo *benè, malè* &c *facere*. Vulgò putant veteres *E.* in talibus aduerbijs ſemper produxiſſe. hinc deprauata loca plurima, in quib. redintegrandis præclaram operam nauauit Doctor noſter Giphanius. Ennius lib. IX. Annal.

—Libertatemque vt perpetuaſsint Maximè,——.

VValafridus ad Lothatium Reg.

Rectè regas populos generoſos atque potenter.

Columbanus verſ. XLVIII.

Iudicium reſtat cunctis certiſsimè factis.

Et verſ. CLXVII.

Cui ſecreta quidem credas cautiſsimè cerne.

Metellus Tegernſeenſis Quirinalib.

Quam malè geſſerat, impiè negans.

Terentius Hecyr. a. III. ſc. V.

Herè Philumenam ad ſe adcerſi hic iuſsit. dic iuſsiſſe te.

Herè poſitum pro heri, & conſtat verſus, ſi poſterior ſyllaba cor-

ba corripiatur. ita non erit vllâ opus emendatione.

v. 95. *Diuitias Domini faciet*) Verſ. clxxix.

Felices faciet natos benedictio patris.

Et verſ. clxxxiv. planè geminus;

Diuitias addet Domini benedictio plures;

vbi tamen in o. l. *addit* legitur. quod quidem eſt ἐμφατικώτερον.

v. 96. *Felix clementia*) Verſ. cxcvi. *mitis clementia.* verſ. cxlvii *pius & clemens.* vide Salomonem Prouerb. vi. V. vi. & c. xxi. v. xxi.

v. 101. *Non lata extollant*) In Prouerbijs veterum Poetarum tribuitur Ouidio. exſtat in Monoſtichis de Moribus Epigram. vet. lib. i.

v. 102. *Proximus eſto bonis*) In vet. MS. inter Octauiana refertur. quem verò in nullo exemplari repperi. tamẽ ex eodem laudat Iacobus Magni Sopholog. l. iii. c. vi. & in peruetuſtis Schobingeri ſcidis. Sibi vindicauit idem ille Monoſtichorum ſcriptor.

v. 103. *Quanto maior eris*) Et hunc verſum relatum leges in illis, quæ modò memoraui, Monoſtichis.

v. 104. *Cumq. alium cauſes*) Adde verſ. lxxxiii. & Octavianum diſt. xxx. lib. i. *Cauſandi* vox propria in foro ac iudicio. Papias; *Cauſſari, cauſſas agere, vel reprahendere, calumniari, vel inculpare.* Pacuuius Acmorum iudicio; *Qui ſeſe adfines eſſe ad cauſſandum volunt de virtute, ijs ego cernundi do poteſtatem omnibus.* Locus apud Nonium corruptiſſimus, comitate meâ, vti adduxi, reſtitutus. Hieronymus prolog. in Habacuc; *Cauſatur aduerſum Deum Propheta.* id eſt, diſputat & quodammodo litigat cum

Deo Columbano culpare, repræhendere. Senecæ id *accuſare*, in illo dicto; *Neminem laudaueris, neminem citò accuſaueris.* Salomo Lex: *Cauſare, terrere. Cauſari, conſumere, impedire, exigere, detinere. fruſtrari, ludificari, eludere.*

v. 106. *Sis bonus atque bonis*) Octauianus; *Sic bonus eſto bonis.* *Atque*, particula ſimilitudinis. Tu bonis iuxta, h. e. pariter vel ſimiliter, eſto bonus. vide verſ. cLIII.

v. 108. *Cum fueris felix*) Octauianus lib. I. diſtich. XVIII. hemiſtichion eſt Ouidianum in Triſtibus.

v. 110. *Cathegita vitæ*) *Cathegita*, doctrix, Octauiano *magiſtra* l. III. diſt. XIII. —*Vita eſt nobis aliena magiſtra.* καθηγητὴς, doctor., monitor. Gregorius Nazanzenus de Baſilio; σύμβουλος ἀγαθὸς, παραστάτης δεξιὸς, τῶν θείων ἐξηγητὴς, τῶν πρακτέων καθηγητὴς. Cyrillus Lexico Scripturæ; καθηγητὴς, διδάσκαλος, ἡγούμενος. videndus Pollux. Sic *mathita*, μαθητὴς. Waldrammus ad Dadon.

Mathitæ fido præſens didaſcalus eſto.

id eſt; μαθητῇ πιστῷ παρὼν διδάσκαλος ἔστω. *Vita cathegita*; per appoſitionem. quo loquendi modo Ennodius in Epiſt: *Artium magiſter eſt inſtantia.* Valerianus de Bon. diſcipl: *Diſciplina eſt magiſter religionis, magiſter veræ pietatis.* ita vet. Schobingeri cod. Gregorius Nazanz. περὶ ἀρετῆς:

Ωρὸι μὲν ὄψει χρώμενοι διδασκάλῳ

Idem ibidem;

Εὖγ' ὦ τύχη μοι τῶν καλῶν διδάσκαλε.

v. 112. *Sit ſale iam ſophiæ*) Eucher. formul. ſpirit. intelleg: *Sal, condimentum ſapientiæ.* Verianus;

Hic ſal ſi dicas id quod ſapientia ſignat.

Gloſſæ vett. in Eſdram; *Memores ſalis: pro cibo poſuit ſal, vel de-*

vel doctrina. Salomo Lex: *Sale conditus, ſapiens, aut ordinatus, vel temperatus.* *In Apoſtolo*; *Vt ſermo tuus ſit ſemper in gratia conditus.* Cæleſtinus apud Salomonem; *Sale conditus, vel moderatus.* Auguſtinus in Pſalm. LIX. *In valle ſalinarum: vallis, humilitas eſt; ſalinæ, ſaporem ſignificant. multi enim humiliantur, ſed vanè & fatuè in vana vetuſtate humiliantur* &c. *Bonum eſt ergò ſapienter humiliari* &c. Matth. V. *Vos eſtis ſal terræ* &c. Hieronymus l. IV. in Ezech. c. XVI. ad illa verba; *Nec ſale ſalita*, recitatis Matthæi Pauliq; verbis, addit; *Vnde & vulgò ſapientes ſalſi, & ſtulti vocantur inſulſi.* Ibidem eodem in loco; *Scio me legiſſe in quodam volumine de Domino Saluatore, quod ipſe ſit ſal cæleſte* &c. nimirum Sapientia Patris cæleſtis.

Conditus omnis) Itanè tibi nullum diſcrimen inter *Condere* & *Condire*? *Condita oratio*, compoſita, pænultimam corripit. ſuprà ad Fedol. *Condita verſu.* ibidem; *Condere verſu.* *Condita*, μεταφορικῶς, quibuſdam quaſi ſalibus adſperſa, producit. Cicer. lib. II. de Orat: *Nec grauis oratio neq. lepore & feſtiuitate conditior.* Auguſtinus Confeſſ. l. I. c. XI. *ſignabar interſigno crucis eius, & condiebar eius ſale.* ſcilicet Domini. Vetus verſus apud ineptum Mamotrecti auctorem non ineptus, in XIV. Luc.

Sal doctum reddit, ſal condit, ſal reprehendit.

Brito, qui Carolo M. vixit, Synonymis;

Conditur vrbs, conditur olus, ſed conditur aurum.

V. 114. *Crede Deo, & proprios tunc tu*) Salomo Prouerb. XII. V. VI. Menander;

Ὅταν τι πράττῃς ὅσιον, ἀγαθὴν ἐλπίδα
πρόβαλλ' ἑαυτῷ τοῦτο γινώσκων, ὅτι
Τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

M. S. S Galli; *Crede Deo vero, & proprios tibi dirige greſſus*. quæ ſcriptura à manu lectoris videtur.

v. 115. *Lux, timor eſt Domini*) Dauid Pſalm. cxI. v. x. Salomo Prouerb. I. v. vII. Sirach Eccleſiaſt. I. v. xIII. infrà verſ. clxxv.

Radix eſt ſophiæ Dominum de mente timere.

v. 116. *In Domino ſperans*.) Dauid Pſalm. xxxI. v. I.
v. 120. *Verbum dulce quidem*) Infrà verſ. ccI.

Lingua placata ſibi multos acquirit amicos.

R. Ioſeph Hyſſopæus Paropſ. argent.

Acquire amicos per benigna verba.
Illorum emes animam ſine ære & auro.

v. 129. *Regi eſt ſapientia iuſta*) Tutilo S. Galli Monachus: ſub imagine Sapientiæ;

O decus imperij, rectrix digniſsima mundi &c.

VVipo Panegyr. ad Heinric. III. Imp.

Eſt ſatis expertum quantum ſapientia poſsit
Quæ per vim verbi flectit moderamina regni.

Videndus Martinus Dumienſis lib. ad Myronem Regem.

v. 132. *Quid terrenus homo, puluis*) Ex illo Ouidij —— *Puluis & vmbra ſumus*. vnde Primas ſuos exædificavit verſiculos;

Cum fex, cum limus, cum res viliſsima ſimus,
Vnde ſuperbimus, in terram terra redimus.

Hinc:

Hinc *Terra* pro ipſo homine. Eucher. form. ſpir. intell. cap. III. *Terra, homo ipſe. Arida, infructuoſi homines. puluis, peccatores.* Hilarius Pictauienſ. in Pſalm. lx. *Sciens ſe in carne quidem, quæ terra eſt, degentem.* Iunilius Afric. de partib. diu. leg. cap. IV. *Et in Hieremia, cum dicit; Terra, terra, audi verbum Domini. terram prouerbialiter habitantes in ea homines nuncupat.* Auguſtinus lib. II. Locut. in Geneſ. *Et defecit terra Aegypti: Terra poſuit pro hominibus qui erant in terra.* Ibidem; *Omnis terra adorent te: quia omnis terra dictum eſt pro hominibus qui ſunt in terra.* Idem in Pſalm. XLVI. *Illi qui erant Dij fortes terræ, præſumentes de terra. de qua terra? de ſeipſis, quia omnis homo terra. homini enim dictum eſt; Terra es, & in terram ibis.* Hieronymus l. I. in Eſai. c. I. *In cælo ſupernas ſignificans Angelicaſq. virtutes: in terra, mortalium genus: μετωνυμικῶς ab his, quæ continent, ea quæ continentur.* Idem lib. II. in Habac. c. III. *In hunc modum & de terra intellegimus: quod qui primùm propter imaginem terreni, terra vocabantur, & dicebatur ad eos; Terra es* &c. VValafridus Strabo de carnis petulantia;

O qui munere perditas
Sanaſti vitiis tuo
Terras per genitum tuum.

Sic accipiendum illud Chriſti ad diſcipulos, Matth. v. *Vos eſtis ſal terræ* &c. & Ioannis Apocalypſ. VI. v. XI. ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς. vbi rectè Interpres; *de ijs qui habitant in terra.*

v. 133. *Princip. ſ. p. dira ſuperb.*) Sirach Eccleſiaſt. x. v. xv. Grimoaldus in Superbiæ condemnatione;

Ex qua peccati caput omne cucurrit & auxit.

Luciferum, primum principemus. ſceleratorum, qui ex re *mali* nomen ſortitus eſt, in perniciem deduxiſſe, cæloque turbaſſe creditur. Etiam hodie, ab eo quodammodo quaſi fonte, omne humani generis malum defluit. Primas apud Magnum Sopholog:

Si tibi copia, ſi ſapientia, formaque detur:
Sola ſuperbia deſtruit omnia, ſi comitetur.

Raymundus Aſtucius libro De hominis pugna;

Caca ſuperbia deſtruit omnia culmina morum.

à Primate partim, partim Claudiano de IV. Honorij conſ.

Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.

v. 141. *Qui Dom. credit, ſeruat*) MS. S. Galli, *credat, ſeruet*. quo pacto loquitur verſu ab hoc tertio, ——*ſors quæ tibi tradat agendi.* vide tamen Ioann. XIV. v. XV. & XXI. v. XXIII.

v. 143. *Inſtanter facias*) Modianus Synonymis; *Attentè, accuratè, accuranter, intentè, inſtanter.* Theodorus in Vita S. Magni; *Opus ſuum inſtanter faciebat.* Ennodius in Epiſt. *Artium magiſter eſt inſtantia, nouerca eruditionis neglegentia.*

v. 145. *Nec redit vnda fluens*) Ouidius de Arte amandi;

——*Eunt anni more fluentis aquæ:*
Nec quæ præterijt, rurſum reuocabitur vnda,
Nec quæ præterijt, hora redire poteſt.

v. 146.

v.146. *Omnia finis edax*) Mors, quæ Horatio —*vltima linea rerum eſt*, l. 1. epiſt. xvi. Cicero l. vi. fam. epiſt. xxi. *Præſertim cùm omnium rerum mors ſit extremum.* quam ſic περιφράζει Octauianus; —*illam quæ vitæ eſt vltima finis.*

v. 147. *Dominus miſerebitur illi*) Barbarum eſt, & quàm Eccleſiaſticis, nemini vſitatum. Vetus Interp. Prouerb. xiv. *Qui miſerebitur pauperi.* Hierem. xxx. *Tectis eius miſerebor.* Pſalm. ciii. *Miſertus eſt Dominus timentibus ſe.* In Vet. Lithurgiâ; *Miſerere nobis.* ex qua Alcuinus; *Tu miſericordia mea, miſerere mihi.* Gloſſæ vet. *Kyrieleiſon, Domine miſerere nobis.* Auctor de Contemptu mundi; —*nulli miſeretur.* Dicitur & *ſuper aliquem.* barbariùs nimis. Auguſtinus an Damian⁹ Meditat. cap. vi. *Et miſerere ſuper infirmi plaſmatis debilitatem.* Exemplo contrario peccauit Gregorius M. in miſerari, hym. in Diluculo;

Vt Deus noſtri miſeratus omnem
Pellat languorem——————

v. 148. *Infer nullatenus benef.*) Nullo modo de beneficijs vtcumq. paruis vel cum animo tuo queritari debes. Ouid. Metamorph.

——*Neque enim benefacta malignè*
Detrectare meum eſt———

v.153. *Sic nouus, atque nouum vin.*) Cicero in Lælio de amicitijs; *Veterrima quæque, vt ea vina quæ vetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuauiſſima.* Sapiens quidam apud Magnum Sopholog. *Vinum nouum, amicus nouus.* *Atque*, particula ſimilitudinis. Vlpianus l. i. D. de SC. Sillan.

Ita vindicandum, atque in proprijs ſeruis ſenatus cenſuit. Paulus l. xxxvi. §. iii. D. de hæred. petit. *Ita condemnatur, atq poſſideret.* Ponitur nonnumquam abſolutè. verſ. cvi. *Sis bonus atque bonis.* niſi ſi pro altero complexiuo ſtatutum eſt, etiam, quoque.

v. 155. *Amicus a. d. f.* amicus) Nihil eſt mutandum. dictum καθ' ἐπανάληψιν, eo modo atq. illud Iuuenalis;

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Et ille neſcio cuius Poetæ verſus;

Pauper amet cautè, timeat maledicere pauper.

Non ignara Virgilio figura. videndus Sulp. Victor de ſchemat. lex. Rutil. Lupus, Rufinianus, & in primis Bedas de tropis.

v. 159. *Quodque imminet anteuid.*) Hemiſtichion Octauianum l. ii diſt. xxviii. *Quodque*, quodcumque. Alcinous de Virgil.

Longè erit à primo quiſque ſecundus erit.

Auſonius Sentent. Pittaci;

Pareto legi, quiſque legem ſanxeris.

v. 166. *Sceleri qui gaudet iniquo*) Non laborabit verſus, ſi legamus *ſcelere*. Sueuit τὸ E. in huiuſmodi ablatiuis produci. Prudent. Cathem. hym. ix.

O nouum cæde ſtupenda vulneris miraculum.

Lucretius lib. iii.

Vt ſenſus alios in parte quemque ſua ſcit.

ita libb.

ita libb.ſuperiores. Lib.v.

Ex utraque polum parte premere aera nobis.

ita o. l. tam vett. quàm recentes. Lib. vi.

Prætereà magni ex parte mare montis ad eius.

ita & hîc l. o. manu formiſq. ſcripti. In quibus & parilibus locis omnibus Hub. Giphanius *parti* putauit reſtituendum. cui, quia nullà auctoritate nititur, & quam adduxit verò Priſciani, ab eius opinione diſcordat, non adſentior. Gregorius M. hymn. in Die Aſcenſ.

Verſa vice mortalium.

Grimoaldus de Superb. condemn.

Excuſſoque pede ſaliebat poplite laxo.

v. 168. *Corripe peccantem*) Monet, corrigendum quidem amicum, ſi peccet; at illicò, ſi nolit obaudire, non deſerendum nec deiuuandum. Salomo Prouerb. xxvii. v. x. Octauianus l. i. diſt. ix. ſuprà verſ. xiv. infrà verſ. clxix.

v. 170. *Qui fratri ignoſcit*) Matth. vi. v. xiv. Marc. xi. v. xxv.

v. 171. *Obſeruat ſapiens ſibi t. in ore*) Proba lectio, nec ſollicitanda. ſuprà cl.

Omnis pertractet primùm mens verba loquelæ.

quo loci aptiùs atq. commodiùs legatur *omnia* pro *omnis*, quod non nimis quadrat.

v. 172. *Spretum ſine tempore verbum*) Stultus ſuſq. deq.

habet, quid quoue tempore quidue loquatur. Scilo;

Stultus ſi qua refert, à falſo nil puto refert.
Ipſius & verba nullo ſunt pondere digna.

Seneca; *Imago animi ſermo eſt; qualis vir, talis oratio.* Hinc *Socrates, cum decorum adoleſcentem & diutulè tacentem conſpicatus foret; Vt te videam, inquit, aliquid loquere. Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat. etenim arbitrabatur homines non oculorum, ſed mentis acie & animi obtutu conſiderandos.* Apuleius principio Florid.

v.176. *Aurum flam. prob.*) Dauid Pſalm. XII. V. VII. Salomo Prouerb. XVII. V. III. Sirach. II. V. V. Ouidius in Triſtib.

Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum.
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Seneca de diuina prouid. c. pænul. *Ipſe ignis aurum probat, miſeria fortes viros.* Matthæus Vindonicenſ. in Tobia;

Alea Fortunæ fortes examinat, aurum
In fornace, fides anxietate nitet.

v.177. *Sperate in Dom.*) Sirach. II. V. VI. & ſeqq. Dauid Pſalm. XXXI. V. I. Eſai. XXVI. V. VIII.

v.180. *Pauperis & miſeri*) Ex ſententia Dionyſij de Morib. ad Filium; *Miſerum ne irriſeris.* In Monoſtich. Epigram. vett.

Irridens miſerum, dubium ſciat omne futurum.

Sententia Pittaci apud Demetrium, Auſonium & Sotiadem,

v.181. *Di-*

v.181. *Diligit in ſophia*) S. Galli αὐτόγραφον; *Diligit en Sophia*——Nihil verius. Chriſtus Sophia numquam non redamat ſe amantem, ſuopte id teſtimonio Prouerb. VIII. v. XVII. *Ego diligentes me diligo.* *Sophia* pro Chriſto, etiam Patribus. Tertullianus aduerſ. Praxeam; *Hæc vis & hæc diuini ſenſus diſpoſitio apud ſcripturas etiam in Sophiæ nomine oſtenditur. quid enim ſapientius ratione Dei ſiue ſermone? itaq. Sophiam quoq. exaudi, vt ſecundam perſonam conditam.* vide Iſidorum l. VII. c. II. Etymolog. Siluium de cognomentis Saluatoris, malè Damaſo tributis, Armenium in Confeſſione fidei. Tertull. aduerſ. Hermogen: *Quis ſcit quæ ſunt Dei, & quæ in ipſo, niſi ſpiritus qui in ipſo? Sophia autem ſpiritus hæc illi conſiliarius fuit, via intellegentiæ & ſcientiæ ipſa eſt.* Caniſiana ſcriptura *in ſophia* hanc habet ſententiam; Diligit Chriſtus omnes, qui ſe σοφῶς, id eſt, ſapienter non perſtitioſè; verè, non vitè, amant. Delriana non eſt ἠθικὴ.

v. 182. *Nec citus in lingua*) Iacob. epiſt. c. I. Salomo Prouerb. XVII. Sirach v. Octauianus;

Quod præſtare potes, ne bis promiſeris vlli.

An vult nos eſſe *tardos ad loquendum, & celeres ad laborandum?* Hildebertus Cenomanenſ. in Epiſt.

v. 183. *Falſus per famina teſt.*) Teſtis, qui falſa profatur, non feret impunè. Exod. XX. v. XVI. Deuteron. V. v. XXI. & XIX. v. XVI. Salomo paſſim in Prouerb. Daniel XIII. v. LXII. *Innocuus*, ἀτιμώρητος, ἀζήμιος, impunis. *Famina*, φήμαγα, ῥήμαγα, φάσμαγα. Heſychio, vbi legend. φθάσματα. Papias; *Famen à for dicitur, & eſt locutio.*

Gloſſ.

Gloſſ. vett. in lib. Rotarum; *Faria, eloquia.* Leg. *famina.* VValdrammus ad Dadon. ——*Cum mutua famina famur.* Ibidem;

Cælum, terra meant, ſed firma hæc famina perſtant.

Et carm. III.

Hæc eadem poſuit prædictus famina ſcriptor:

Hymn. de S. Ioanne Bapt.

Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes.

v. 185. *Iam magnum reddas*) Sententiam expreſſit diſtichi Octauiani lib. I.

Exiguum munus cùm dat tibi pauper amicus &c.

Si pauper amicus paruum tibi munus offert, redde magnum, qua in re ſummos Principes ęquiperabis, qui lympham cauâ hauſtam, pomum, atq. rapam, alacri accepta animo, proinde vt munus maximum, compenſarunt. Pulcherrimam gnomen corruperat Leodicenſis exemplator.

v. 188. *Otia qui ſequitur*) Salomo Prouerb. XXIII. v. XXI.

v. 191. *Exſuperat numer.*) Leod. MS.

Exaltat numerus iuſtorum regna potenter.

Sed noſtra mihi lectio multis partibus potior. Iuſti, quamvis numero perpauci, regna tamen potentiſſimorum vincunt,

vincunt,eoſq. ſuperant. vide auctorem Sapient. III. V. VI. & V. v. I.

v. 195. *Corruit in praeceps.*) Iſidor. Sentent. de ſummo bon. l. III. c. LI. *Reges, niſi ſolo Dei timore metuq. gehennae coerceantur, liberè in praeceps proruunt.*

v. 200. *Seruiet & ſegnis*) Deſes & piger, qui in otio omnia ſua abligurrit, tamdem maiori ſub onere cogetur laborare, ſeruietq. cui maximè nollet; vel dominari quoq; potuiſſet. Faſcis, *ζυγὸν* Euripides Hecubâ;

> Ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι πόνων,
> Φέρει μὲν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ,
> Θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος,
> Η ζῶν ———————.

v. 202. *Pone tuis verb. vectes*) Vt te reddas Harpocratē. verba ſunt Ieſu Sirachi Eccleſiaſt. XXVIII. v. XXVIII. & ſeq. adde Dauidem Pſalm. CXLI. v. III. eumdem Sirach XXII. v. I. Salomonem Prouerb. XXI. v. XXIII. & XXX. v. XXX. R. Ioſeph. Hyſſop. Paropſ. arg.

> *Claude oſtium labij tui: reclude*
> *Clauſtrum tuum, ſi liqueſiat illud*
> *In vinculis eris eius alligatus.*

v. vlt. *Diligit hic natum*) Salomo Prouerb. XIX. v. XVIII. Seneca de Clem. lib. I. *Officium bonorum parentum, qui obiurgare liberos nonnumquam blandè, nonnumquam minaciter ſolent: aliquando ammonere etiam verberibus.* R. Hai Cantico erudit.

> *Quod ſi genueris tibi filios ac filias,*
> *Omni tempore caſtiga eos, verùm cum clementia.*

Corrigit illum) MS. S.Galli, *corripit*. Sergius Different. apud Salomonem; *Corripimus verbis, corrigimus verberibus.* vide verſ.lxxxix. clxviii. & deincipem. Ouidius lib.ii. de Ponto;

Corripis, vt debes, ſtulti peccata ſodalis.

Sidonius lib.vi. epiſt.ix. *Si quis veſtræ correptionis orbitam non reliquit.* Paſſim alij; ſed ita, vt Sergij diſcriminatio non obſeruetur, niſi, quod hactenus docui factitatum, verba ſibi inuicem ceſſerint.

ANNOTATIO
VERSVVM OCTAVIAnorum.

Libellus cum primis elegans & aureus, qui Catonis nomine in Scholis circumfertur. Docui Octauianum eius auctorem, & fortem euici. ab eo plurimos verſus hiſdē & formâ & verbis tranſcripſit Columbanus, quos tibi, Lector, ne quid erres, velut in tabulâ ſubſignabo. tanto enim maior Octauianus, quantum Romanus antiſtat Hiberno.

verſ. 1. *Rerum doctr. bon.*) lib. iv diſtich. xxiv.

v. 14. *Vt moneas*) Ex diſticho fecit monoſtichon, lib. i. diſt. ix.

v. 15. *Morbi cauſa*) lib. iv. diſt. xxv.

v. 21. *Fer patris*) lib. iv. diſt. vii.

v. 47. *Plurima diſcenti*) Paulùm immutauit diſt. xxviii. lib. iii.

v. 90. *Si tu recta fac.*) lib. III. diſt. II.
v. 91. *Vtile conſil.*) lib. III. diſt. X.
v. 92. *Inter conuiuas*) lib. III. diſt. XIX.
v. 93. *Cum quid peccaris*) lib. IV. diſt. XLI.
v. 94. *Vulnera dum ſan.*) lib. IV. diſt. XLI.
v. 97. *Vtere quæſitis*) lib. III. diſtich. XXI.
v. 98. *Diſce, ſed à doct.*) lib. IV. diſt. XXIV.
v. 99. *Contra verboſos*) lib. I. diſt. X. lib. II. diſt. XII.
v. 100. *Sermo datur*) lib. I. diſt. X. lib. IV. diſt. XXXV.
v. 108. *Cum fueris fel.*) lib. I. diſt. XVIII.
v. 109. *Quæ culpare ſol.*) lib. I. diſt. XXX.
v. 111. *Ira odium gener.*) lib. I. diſt. XXXVI.
v. 135. *Vna dies qualis*) lib. IV. diſt. XXIX.
v. 136. *Peccaſti ſol.*) lib. II. diſt. XXII.
v. 137. *Quod tacitum cap.*) lib. II. diſt. XXIII.
v. 138. *Inuidiam nim.*) lib. II. diſt. XIV.
v. 151. *Corporis auxilium*) lib. II. diſt. XIII.
v. 154. *Rebus in aduerſis*) lib. II. diſt. XXVI.
v. 159. *Quodque imm. anteuid.*) lib. II. diſt. XXVIII.

EXPLICIT.

S. COLVMBANI ABBATIS

Et

DINAMII GRAMMATICI EPISTOLAE

Ex Bibliothecâ Monaſterij S. Galli, & Barth. Schobingeri.

Mortalis

IMMORTALITATEM COGITA.

S. COLVMBANI ABBATIS

Epiſtola I.

O TV Vita quantos decepiſti, quantos excæcaſti, quantos ſeduxiſti! Quæ, dum fugis, nihil es; dum uideris, umbra es; dum ſtas, fumus es, quæ codidie fugis, & cotidie uenis; quæ ueniendo fugis, & fugiendo uenis: diſsimilis euentu, ſimilis ortu; diſsimilis luxu, ſimilis fluxu; dulcis ſtultis, amara ſapientibus. Qui te amant, non te ſciunt: & qui te contemnunt, ipſi te intellegunt. Ergò non es uera, ſed fallax. te oſtendis quaſi ueram, te reducis quaſi fallacem. Quid ergò es humana Vita? uia es mortalium, & non uita, à peccato incipiens uſque ad mortem. Vera enim eſſes, ſi te peccatum primę tranſgreſsionis humanæ non interrupiſset. & tunc caſabunda & mortalis deueniſti,

niſti, cùm omnes tuos uiatores morti adſignaſti: Via ergò es ad uitam, non uita. uera enim es uia, ſed non plena; alijs longa, alijs breuis; alijs lata, alijs anguſta; alijs læta, alijs triſtis; omnibus ſimiliter feſtinans, & inreuocabilis: uia es, inquam, uia es, ſed non omnibus manifeſta es. multi enim te uident, & pauci te uiam eſſe intellegunt. Sic enim ſubtilis es, & ſic ſeductrix, ut paucorum ſit te ſcire uiam. Interroganda ergo es, & non credenda Vita, nec uindicanda: tranſeunda, non habitanda miſera humana Vita. Nullus enim in uia habitat, ſed ambulat, ut qui ambulant in uia, habitent in patria. Quare ergo tu mortalis Vita habitaris, diligeris, uindicaris? Aſſcita es à perditis, contemneris à ſenſatis, caueris à ſaluandis. Timenda itaque es humana Vita, & multùm cauenda; quæ ſic fugitiua es, & ſic lubrica, ſic periculoſa, ſic breuis, ſic incerta, quaſi umbra, aut imago, aut nubes, aut nihil, aut inane, Diſſolueris. Dum ergo nihil es, ò mortalis Vita, niſi uia, imago fugitiua, aut inanis, aut nubes, incerta, & fragilis, & umbra, & ſomnium, ſic per te iter agendum eſt, tam ſollicitè, tam cautè, tam expeditè, ut uiatorum more ad ueram Patriam omnibus intellegentibus feſtinandum ſit, de tranſactis ſecurus, de eo quod reſtat ſollicitus. Nihil enim tibi

prodeſt:

prodeſt aſcendere, quod aſcenderis, niſi, quod reſtat, euaſeris. Via enim, & aſcenſus quidam, putanda eſt Vita hæc. Non quæramus in uia, quod in patria futurum eſt. Labor enim & fatigatio in itinere uerſantur; in patria requieſcit, ubi ſecuritas paratur. Cauendum eſt itaque nobis, ne forte per uiam ſecuri ſimus, & ad ueram noſtram patriam non perueniamus. Sunt enim re uerà nonnulli in hoc itinere ſecuri, ut non tam in uia, quàm in patria eſſe uideantur; & non tam uoluntarij, quàm inuiti eunt ad patriam, nimirùm iam perditam. Hic in uia præuſi ſunt patria, & de breui uita mortem mercati ſunt infelices de fruſtrato commercio læti ſunt: aliena caduca dilexerunt, & propria æterna neglexerunt. Quapropter quamuis ſint læta, quamuis blanda, quamuis ſint ſpecioſa aliena terrena, deuitemus, ut propria æterna non perdamus: fideles in alienis inueniamur, ut proprijs ac noſtris hæredes efficiamur, donante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

*

S. COLVBANI ABBATIS

Epiſt II.

MVNDVS iſte tranſit, & cotidiè decreſcit. Nemo uiuens manebit: nullus uiuus remanſit. totum humanum genus ortu utitur pari, & de ſimili uita fine cadit æquali. deferentibus uitam mors incerta ſubripit. omnes ſuperbos uagos mæror mortis corripit. quod pro Chriſto largiri nolunt, omnes auari inoportunè amittunt: poſt ſe colligunt alij. paruum ipſi uiuentes Deo dare uix audent, morti cuncta relinquunt, nihil de ipſis habent. cotidie decreſcit uita præſens, quam amant: indificiens manebit ſibi pœna, quā parant. lubricum, quod labitur, conantes colligere, & hoc, quod ſeſe ducit, minùs timent credere. dilexerunt tenebras tetras magis, quàm lucem. imitari contemnunt uitæ Dominum Ducem. uelut in ſomnis regnent, una hora lætantur, ſed æterna tormenta adhuc illis parantur. Cæci nequaquam

quam ridet, quid poſt obitum reſtat peccatoribus, impijs quod impietas præſtat. Cogitare conuenit te hæc cuncta, Amice. Abſit tibi amare huius formulam uitæ. Omnis enim Caro fœnum, flagrans licet, florida: ſicque quaſi flos foeni omnis eſt gloria. Orto ſole areſcit foenum, & flos deperit: ſic eſt omnis iuuentus, uirtus cum defecerit. Pulchritudo hominum ſeneſcens delabitur: uultus Chriſti radius præ cunctis amabilis, magis diligendus eſt, quàm flos carnis fragilis. Caueto, Filiole, ſeminare ſpecies, quas mors ingreditur non parua pernicies. Plerique perpeſsi ſunt poenarum incendia, uoluntatis lubricæ nolentes diſpendia. Poculum impijſsimæ noli umquam bibere. inde multos plerumque uides lætos ridere. nam quoſcumque uideris ridere inaniter, ſcito in nouiſſimis, quod flebunt amariter. Conſpice, Cariſsime, ſic eſſe libidinem, ut morſum mortiferum, quod uincit dulcedinem. Noli pronus pergere per uias mortalium: quam multis eueniſſe conſpicis naufragium. Perge inter laqueos cum ſuſpenſis pedibus, per quos captos ceteros incautos comperimus. De terrenis eleua tui cordis oculos: ama amantiſsimos Angelorum populos. Beata familia, quæ in altis habitat, ubi ſenex non gemat, neque

Iob. 13 v. 2. Pſalm. 103. v. 15. Eſai. 40.

infans uagiat: ubi laudes Domini nulla uox retinet: ubi non eſuritur, ubi numquam ſititur: ubi cibo ſuperno plebs cæleſtis paſcitur: ubi nemo moritur, quia nemo naſcitur: ubi aula regia cæleſtis paſcitur, in qua male reſonans nulla uox audita eſt: ubi uita uiridis ueraque futura eſt, quam nec mortis nec mæroris metus conſumpturus eſt. Læti leto tranſacto lætum Regem uidebunt: cum regnante regnabunt: cum gaudente gaudebunt. Tunc dolor, tunc tædium, tunc labor delebitur: tunc Rex Regum, Rex mundus à mundis uidebitur.

DINAMII GRAMMATICI

Epiſtola ad Diſcipulum.

O Quàm dolenda eſt conditio & fortiter exſecranda. Deus nos inuitat ad cælum, quos Diabolus in infernum mergit. prædonem ſequimur, præmittimus redemptorem: qui nos amauit, odimus; qui nos captiuauit, amamus. Carior nobis

nobis eſt, qui nos ſeruituti ſubdidit, quàm qui libertati reſtituit. Semper ante oculos pone, quod nõ amicorũ turba, non familię multitudo, non auri argentique congeſtio, non gemmarum lapilla fulgentia, non uindemiarum ubertas, non denſitas ſegetum, non numeroſitas oliuarum, non iocunditas extenſa pratorum, poſſunt animæ excedenti de corpore ullũ adferre præſidium. ſed plus lugent, qui plus diligunt, & dum auxilium præſtare nequeunt, pugnis pectora & lacerta tundunt; illi tamen, qui ſepulchro cõditur, nihil præſtaturi. Ideò diligẽdus eſt uerus amicus noſter, cuius ante mortem & poſt, pręſidium nos comitatur: qui redemptor noſter ideò dicitur. Redemit enim nos à Diaboli captiuitate: Saluator, ſaluando nos à peccatis noſtris: Adiutor, adiuuando nos in oportunitatibus in tribulatione: Protector, protegendo nos, ut inter inimicos noſtros maneamus inlæſi. Suſceptor, ſuſcipiendo nos in æterna tabernacula.

EXPLICIT.

MELCHIORIS HAIMINSFELDI GOLDASTI NOTÆ Ad MARCVM VELSERVM.

In Epiſt. I. COLVMBANI.

IAm ad exhodiũ carmina perduxeram, M. Velſere, cùm ad me adferuntur eiuſdem Epiſtolæ, quas illuſtri nomini tuo conſecratas nunc in tuæ templo auctoritatis ſuſpendo. Addidi voti ſoluendi Notas, quibus ambiguam mendoſæ lectionis litem decerno. earum ab oraculo tuo ratihabitionem exſpecto, ut quæ ritè commodeq. notaui, ijs fundus tu fias porſor.

In primâ Epiſtolâ nullum apparet epiſtolici characteris veſtigium. tamen diſcedere à fide vetuſtiſſimi cod. religio

ligio mihi fuit multò maxima. cum mecum communicauit. F. Iodocus Metzlerus, Monaſterij S. Galli Supprior. titulus in illo cod. hic erat; INCIPIT EPISTVLA SCI. COLVMBANI ABBATIS. Eſt verò meditatio de miſeria vitæ humanæ grauiſſima ſummeq. pia. quam fieri potuit vt ad Fratres vicem litterarum miſerit. quod in more poſitum ſanctis Patribus. indicat exſertim Anſelmus Cantuarienſis præfat. Meditationum; *Placuit celſitudini veſtræ* (ad Mathilden Comitiſſam) *vt omnes orationes, quas diuerſis Fratribus ſecundum ſingulorum petitionem edidi, ſibi mitterem* &c.

O tu Vita) Prima epiſtolæ pars vſque ad illa verba, *Interroganda ergò es* &c. iſdem propemodum verbis apud Auguſtinum legitur, vel quem alium auctorem, ſerm. xLIX. ad Fratres in eremo, *De miſeria carnis & falſitate præſentis vitæ.*

Quantos decepiſti) Auguſtin. *O vita quæ tantos decipis, de propriis tantos ſeduxiſti, tantos excæcaſti.*

Dum ſtas, fumus es) Auguſt. *dum exaltas.* Impendiò meliùs. nempe fumus non ſtat, ſed alta petit. Iſaiæ IX. v. XVIII.

Et tunc caſabunda) Metzlerus emēdat; *at tu caſſabunda & mort. euaſiſti. tu omn.* &c. *Caſabunda*, caduca, lubrica, Varro *à cadēdo* deducit lib. VI. ἐτυμωτέρως à *caſando*, vnde *caſitare* formauit Paulus l. xx. §. III. D. de ſervit. præd. urb. ita illic legendum eſt, itaq. Næuius loquitur apud Nonium. In Hermeneum. *Caſabundus, inſtabilis.* Salomo Lex: *Caſabundo, titubanti. Caſſabundus, ſiue*

rectiùs

rectiùs; *Quaſſabundus*, à quatiēdo, an quaſſando, i. e. motando. Non. Marcellus.

Sed non plena) Analogia ſuadet legâmus, *plana*. ſed & ſequentia poſtulant. *Via non plana*, quæ *alijs breuis, alijs longa* &c. *Complanare viam*, εὐθεῖαν ποιεῖν τὴν ὁδὸν, in Euangel. & Eſaiæ xl.

Aliis lacta) Auguſt. *larga*. Baſil. Ammonit. *lata & ſpatioſa, aliis anguſta & arta*. Matth. vii.

Interroganda ergo es) Non tu vera vita es, neue credi debes: ſed es per quam ad veram vitam interrogando tendimus. Non propria vita es, nec eo titulo vindicanda, verùm uſuaria, vnde, quandocumq proprietarius iuſſerit, emigrandum. Tralatio à viatoribus, qualis in Regul. cap. xiiii. *Si nihil ſine conſilio faciendum eſt, totum per conſilium eſt interrogandum.*

Tranſeunda, non habitanda) Metzlerus corrigit, *tranſcēdenda*. Salomo Lex: *Tranſire, tranſcendere*. Virgilius Gloſſ. *Vitam degere, annos, vitam tranſire*. Salluſtius Catilin. *Ne vitam ſilentio tranſeant*. Hugo Victorinus de mundi vanitate lib. I. *Quid enim eſt vita iſta mortalis, niſi via quædam? tranſeuntes enim ſumus, & ea, quæ in hoc mundo ſunt, quaſi à latere tranſeundo conſpicimus*. In libro Eſter, cuius Mardochæus auctor, Hieronymus interpres, c. ix. *Vt nulli liceat duos hos dies abſq. ſollennitate tranſire.*

Vt qui ambulant) Ferri quadamtenus lectio poteſt, ſi ennallage admittatur. vide tamen, ſi ſcripſit Columbanus, *ambulat, habitet*.

Aſſcita es à perditis) MS. *aſtuta*. vnde Metzlerus fecerat *aſſumpta*. Salomo ex Gloſſ. Anonymi; *Aſcitus, adiunctus, Aſcit, adſociat, vel adſumit*. Pylades; *Aſcitus, adductus, aſ-*

ctus, aſſumptus, adhibitus.

Aut inanis) Salomo; *Inanis*, *imaginarius*. Idem ex gloſſ. *Inanem; vanam; & effectum non habentem*. an leg, *inane*, vt in ijs quæ anteceſſerunt?

Omnibus intellegentibus) Barbaries mera hic locus, & quam nemo prudens Columbano adſcripſerit. humanior is fuit & regulæ Latiaris non imperitus. Quare ſuſpicor legend. *omni intellegenti feſtinandum ſit, de tranſactis ſecuro, de eo quod reſtat ſollicito*. nihil tamen ſani in verbis mutilatis & debilibus.

In patria requieſcit) Leg. *requieſcunt*, ſc. labor & fatigatio.

De breui vita mort. merc.) An hic locus ſanus ſit, addubito. cum interim, dum ex meliori codice conualeſceret, concinnaui; *Et de breui vita mortem mercati ſunt infelicem. de fruſtrato commercio læti ſunt* &c. *Fruſtratum cōmercium*, eſt damnoſum, in quo decipimur.

Fideles in alienis) terrenis. alludit parabolam Saluatoris Matth. xxv. v. xxi. & ſeq.

In Epiſt. II.

COLVMBANI.

VIdimus duo epiſtolæ huius exempla: vtrumq; in noſtri Bibliothecâ Monaſterij. vnum bene antiquum, ſed ἀνώνυμον: alterum haut magis vetuſtatis expers, at eò præ-

ſtabilius, quòd ſuo nobis indice auctorem oſtendat. Cetera tam videas inter ſe congruere concorditer, vt alterũ ex altero deſcriptum videatur.

Mundus iſte tranſit) MSS. *Mundus iſte tranſiuit, & cotidie creſcit.* Mendum ipſi veſtibulo fœdum inhæſerat, & inacceſſum ſententiæ reliquorum. quam vt aperirem, illo modo emendaui.

Nemo viuens manebit) Eucherius epiſt. ad Valerianum; *Patres noſtri prærierunt, nos abibimus, poſteri ſequentur.* vide locum.

Deferentibus vitam) Lego, *differentibus.* Annæus Boethius de Moribus; *Multos vitã differentes mors iuncta prævenit.* quem Senecæ locum imitatus eſt Columbanus.

Superbos vagos) peregrinantes in hac terrâ. an *diuagos*? Hardonus Monach. Caſæ Dei in Pœnitentiali; *Qui ſuperbè diuagantur, quaſi ſemper ſint victuri.* Vetus Eccleſia; *Procul abs te diuagantem intueri dignatus es.* Baſilius Ammonition. de ſuperbia; *Ambulat ſemper tumens, vt vter vacuus; & vt nauis abſque gubernatore, cum iactatur fluctib⁹, ita & iſta leuis circũfertur, inſtabilis per omnes act⁹ ſuos.*

Conantes colligere) Ad hunc locum intellegendum augure aliquo opus. in alt. MS. *conantur coll.* Senſum non, niſi per nebulam, video. nam hoc velle videtur, φιλοζωοῦντες lubricam hanc vitam, quæ velut anguilla labitur, conari compræhendere: æternam autem, quæ non illorum manibus tantùm compræhendi, ſed manu illos ſuâ ductare ſponte poſtulet, diffidere ſequi. *Timent credere*, diffidunt. hinc *timidè & diffidenter* coniunxit Cicero Orat. pro Cluent. Particula *minùs* poſita ἀντὶ τοῦ magis. quæ notio mirifica eſt, quàm noua. nam *nihilominus* in

reſcriptis

reſcriptis Iuſtiniani & Theodoſij idem interdum ſignificat, quod nihilo magis, ἀποφαντικῶς. ſimiliter apud Iulianum l. 7. in pr. D. pro empt. vt obſeruauit Iacobus Cuiacius in Comment. quem quam iuſtè repræhenderit Ioan. Robertus, pulchrè vides.

In ſomnis regnent, v. h. lætantur) alt. MS. *regnant, v. h. lætentur.* improbiùs.

Amare huius formulam vitæ) Virgilius Gloſſ. *Forma Dei, imago Mercurij.* Idem; *Forma laporum, lupiperi fraſticos.* Auſon. carm. v. in parental.

Non ignota tibi noſtræ quoque formula vitæ.

Sequentia veteris Eccleſiæ, *Chriſte qui es creator*, quam quidam Notkero Balbulo, alij Hermanno Contracto, nonnemo Roberto Francorum Regi tribuunt;

Sine peccato peccati adſumens formulam.

videndus Sidonius l. v. epiſt. xi. in quo Sauaronis operam magni exiſtimo.

Caueto filiole) alt. MS. *Cauete, filioli.* ac ſi ad integram congregationem ſcripſerit.

Quod vincit dulcedinem) Minùs me vincit dulcedo huius lectionis. Emenda; *qui vincit dulcedine.* Veluti cibus venenatus guſtu dulcorem, eſu mortem; ita libido actu ſuauitatem, effectu amarorem & lethum affert. Hinc Diogenes Cynicus formoſa ſcorta θανάσιμον μελίκρατον appellare ſolebat, teſte Laertio. Fabianus in Sententijs; *Venena propinaturi venena calicis melle liniunt, vt ſapor mellis mulceat guſtũ, donec ſit hauſtum quod eſt mortiferum.* ex Seneca; vbi malim, *oras calicis.* Vincentius Lirinenſ.

aduerſ. prophan. hæreſ, nouat. *Qui paruulis auſtera quædam temperaturi pocula, prius ora melle circumlinunt, vt incauta ætas cum dulcedinem præſenſerit, amaritudinem non reformidet.* Quæ verba ab Lucretio ſunt lib. 1.

Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuidia ludificetur
Labrorum tenus; intereà perpotet amarum
Abſinthi laticem. ————

Hieronymus ad Lætam de inſtit. Filiæ; *Venena non dantur, niſi melle circumlita.*

Quam multis eueniſſe) De mente Columbani corrigo; *per vias mortalium, per quas multis eueniſſe.* ſuprà epiſt. 1. *Sic per te iter agendum eſt.* Baſilius Ammonit. *Caue ſpecies, per quas plurimas cernis animas periſſe.* Ibidem; *Ne incidas iter, per quod naufragium perpeſſi ſunt plurimi.*

Metus conſumpturus eſt) alt. MS. *metu conſumptura eſt.* inemendatè.

In Epiſtol.

In Epiſtol. DINAMII.

DInamius Grammaticus floruit circa annum à nato Domino quingenteſimum, h. e, ipſis centum annis Columbano prior. De ſcriptis eius, præter S. Maximi hiſtoriam, nihil dum viſum. eam miſit ad Vrbicum epiſcopum Regienſem, Fauſti ſucceſſorem; edidit Surius inter probatas SS. hiſtorias. at illic Patricius indigetatur. qui dum? nam in duob. MSS. vno Monaſterij, altero Schobingeri, vocatur Grammaticus. verba menbranarum; *Dinamius grammaticus ad diſcipulum ſuum ait.* Nos epiſtolam de coniectura inſcripſimus, & argumenti ob ſimilitudinem adiecimus Columbano.

Præmittimus) ita vterque MS. pro prætermittimus, ad eam faciem qua *præire, præfluere, prælabi* &c. paſſim apud ſcriptores.

Lapilla fulgentia) Iſidoro *veſtem fulgentem & lumina lapillorum*, ſentent. l. III. c. XLIIX. ſecundum ſim noſtri. *Lapilla* vetuſtè, vt mox *Lacerta*, quã ἀλλοίωσιν & Marcellus annotauit. Accius Atreo; *Concoquit partem vapore flammæ, tribuit verubus lacerta in focos.*

Qui ſepulchro conditur) ita emendauimus, cùm in MSS. legeretur, *cui ſepulchrum conditur, nihil præſtaturum.*

EXPLICIVNT.

S. COLVMBANI ABBATIS
Regula Monachorum:

S. BASILII EPISCOPI AMMONITIONES.

ANNAEI BOETII DE MORIBVS LIBER.

Ex Bibliotheca Monaſterij S. Galli, & Schobingeri.

Reuerend. & Nobil. V.

IOAN. GEORGIO à
WERDENSTEIN, CATHEDRAL. EC-
cleſiæ Auguſtanæ, Exſtadinæ, & Conſtan-
tienſis CANONICO &c.

MELCHIOR HAIMINSFELDIVS
GOLDASTVS. S. D.

S. COLVMBANVS, plurimorũ Abbas Cœnobiorum, REGVLAM compoſuit, qua hominẽ Chriſtianum, eius vitam atq. mores conformat. quam cùm in illu-

ſtri Monaſterij noſtri Bibliothe
cà reppериſſet F. Iodocus Metz-
lerus, Supprior Decretorũ do-
ctrina & antiquitatũ ſtudijs or-
natiſſimus, nõ diu fraudauit me
theſauro, ſed, vt alia omnia, libẽ-
ter atq amicè participauit. Am-
plexus ſum munus auro contra
carum, quod ego nunc quibuſ-
dam notarum gemmis ornatũ,
mereri arbitratus ſum, nobiliſsi-
mo nomine tuo proſcribi, cu-
ius celebritate, quà omnium in
te animos ſuſpẽdiſti, in publico
referat commẽdationem. Tuo,
inquam, vnius Germanorum ex

ordine iſto, qui hoc aut poſsit impetrare, aut præſtare debeat. Adiunxi Baſilium atq. Boetiũ, ſcriptores graues, ſententioſos, ſãctos, qui in profeſsione tuâ idoneos. itaq. minus graue continget, quidquid id eſt oneris, ferre vel ipſorũ auctorũ & profeſſionis tuæ, vel cauſsâ publicâ. Dignisſimi ſunt, & prędicabunt operam tuã poſteri, ſi quibus ego vitam dedi, tu fines eorũ porrò protollas. Vale, V. N. & à Schobingero noſtro ſalue. Script. A.N.D. cIↄ Iↄ cIII. S. Galli.

TESTIMONIA DE S. COLUMBANI REGULA.

Martyrologium Roman. XI. KL. DECEMB.

In Italia, monaſterio Bobio, depoſitio S. Columbani Abbatis, qui multorum cœnobiorum fundator, innumerabilium Pater exſtitit monachorum, multiſq. virtutibus clarus quievit in ſenectute bona.

Ionas Abbas in Vita S. Columbani;

His ergo in locis cùm monachos inſtituiſſet, ipſe viciſſim illis aderat, Canonemq. ſiue Regulam, quam ſequerentur, ſpiritu ſancto plenus condidit.: ex cuius lectione prudens lector vel auditor facilè poteſt animaduertere, quanta viri ſancti fuerit diſciplina. videndus idem in Vita S. Euſtachij, cap. v.

Auctor Vitæ S. Deodati;

S. Deodatus in Valle Galilæa Cœnobia conſtruxit primus, vbi monachos vel peregrinos, ſub ſanctiſſimorum Patrum Benedicti & Columbani Regula victuros, collocauit.

Hartmo-

Hartmotus Monachus, & poſteà Abbas S. Galli, in Annotatione librorum qui ſunt in Monaſterio;

Item Regula ſanctorum Patrum, id eſt, ſancti Benedicti, ſancti Baſilij, Regula cœnobialis Patrum, Regula Columbani, Regula Auguſtini, Regula Pauli & Stephani, item Auguſt. de opere manuum, Prouerbia ſancti Euagrij, Regula Machaţij, Pinutij & Serapionis, & alterius Macharij in volumine I.

Huius cod. meminit Ratpertus quoq. in Caſibus Monaſterij;

Regulam ſancti Benedicti & reliquorum Patrum in vol. I. Et alibi; *Regulam ſancti Baſilij & ceterorum.*

S. COLVMBANI ABBATIS
REGVLA MONACHORVM.

Vt primùm diligendus ſit Deus; & deinde proximus; & de obædientia, ammonet.

Caput I.

Matth. 22. PRimùm omnium docemur *Deum diligere ex toto corde, & ex tota mente, & ex totis viribus, & proximum tamquam noſmetipſos*: deinde opera. Ad primum uerbum Senioris omnes ad oboediendū audientes ſurgere oportet: quia oboedientia Deo exhibetur, dicente Domino noſtro Ieſu Chriſto: Luc. 10. *Qui vos audit, me audit.*

DE INOBOEDIENTE ET contumace.

Caput II.

SI quis igitur uerbum audiens non ſtatim ſurrexerit, in-

xerit, inoboediens iudicandus eſt. qui autem contradixerit, contumaciæ crimen incurrit. & ideò nõ ſolùm inoboedientiæ reus eſt, ſed etiam contradictionis aditum alijs aperiens, multorum deſtructor æſtimandus eſt.

DE MVRMVRANTE, ET QVI NON ex voto obœdit.

Caput III.

SI quis uerò murmurauerit, & ipſe, tamquam nõ ex uoto oboediens, inoboediens putandus eſt. idcircò opus eius abiciatur, donec illius bona uoluntas cognoſcatur. Oboedientia autem uſque ad quem modum definitur? Vſq. ad mortem certè præcepta eſt, quia Chriſtus uſq. ad mortem oboediuit patri pro nobis. quam ipſe nobis per Apoſtolum inſinuat, dicens; *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, & ſpecie inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obœdiens patri vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Nihil itaq. recuſandum eſt oboedientibus ueris Chriſti diſcipulis, quamuis du- Philipp. 2.

uis durum & arduum ſit, ſed cum feruore & cum læticia arripiendũ eſt. quia ſi talis non fuerit oboedientia, non erit acceptabilis Domino, qui ait; *Et qui non accepit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* & ideò dicit de digno diſcipulo; *Vt, ubi ego ſum, ibi & miniſter meus mecum.*

Eccleſiaſt. 35. Luc. 14. Iohan. 17.

DE SILENTIO.

Caput IIII.

Silentij regula diligenter cuſtodienda decernatur, quia ſcriptum eſt; *Cultus iuſtitiæ ſilentium & pax.* & ideò ne reatus de uerboſitate conquiratur, exceptis utilitatibus ac neceſſarijs, opus eſt ut taceatur, quia iuxta ſcripturam; *In multiloquio non deerit peccatum.* idcircò Saluator ait; *Ex uerbis tuis iuſtificaberis, aut ex uerbis tuis condemnaberis.* Iuſtè damnabuntur, qui iuſta dicere noluerunt, cum potuerunt: ſed mala, iniuſta, impia, inania, iniurioſa, incerta, falſa, contentioſa, contumelioſa, turpia, faboloſa, blaſphema, aſpera, afflixuoſa loqui, garrula uerboſitate maluerunt. Tacendũ igitur eſt de his & talibus: & cum cautela & ratione loquendum eſt, ne aut detractiones, aut tumidæ contradictiones in loquacitate uitioſa prorumpant.

Prouerb. 10. Matth. 12.

DE ABSTINENTIA.

Cap. V.

CIbus ſit uilis & ueſpertinus Monachorum, ſatietatem fugiens & potus ebrietatē, ut & ſuſtineat, & non noceat. olera, legumina, farinę aquis mixtæ, cum paruo pane paxmate, ne uenter oneretur, & mens ſuffocetur. Etenim utilitati & uſui tātùm conſulendum eſt æterna deſiderantibus præmia. ideò temperandus eſt uitæ uſus, ſicut temperandus eſt labor: quia hæc eſt uera diſcretio, ut poſsibilitas ſpiritalis profectus cum abſtinentia carnem macerante retentetur. Si enim modum abſtinentia exceſſerit, uitium non uirtus erit. uirtus enim multa ſuſtinet bona & continet. Ergo cottidiè ieiunandum eſt, ſicut cottidie reficiendum eſt. & dum cottidie edēdum eſt, uilius & parcius corpori indulgendum eſt. quia ideò cottidie edendum eſt, quia cottidie proficiendum eſt, ſicut cottidie orandum, cottidieq. eſt legendum.

*

DE PAVPERTATE, AC DE *cupiditate calcanda.*

Cap. VI.

Galat. 6. MOnachis, quibus pro Chriſto mundus crucifixus eſt, & ipſis mundi cupiditas cauenda eſt: nimirum dum nō ſolùm ſuperflua eos habere damnabile eſt, ſed etiam uelle: quorum non cenſus, *Matth.* 16. ſed uoluntas quæritur: qui relinquentes omnia, & Chriſtum Dominum cum timoris cruce cottidiani ſequentes, in cælis habent theſauros. idcirco dum in cælis multum ſunt habituri, paruo & extremo neceſsitatis cenſu in terris debent eſſe contenti, ſcientes lepram eſſe cupiditatem Monachis, imitatoribus Profetarum ac diſcipulorum Chriſti proditionem atq. perditionem, Apoſtolorū quoque dubijs ſectatoribus mortem. Ideo ergo nuditas & facultatum contemptus, prima perfectio eſt Monachorum: ſecunda uerò purgatio uitiorum: tertia uerò perfectiſsima Dei continuata dilectio, ac diuinorum iugis amor, qui terrenorum ſuccedit *Luc.* 10. obliuioni. Quæ cùm ita ſint, paucis nobis opus eſt, iuxta uerbum Domini, aut etiam uno. pauca namque ſunt neceſſaria uera, ſine quibus uita non

non tranſagitur: aut etiam uno, quaſi cibo iuxta litteram. puritate autem ſenſus indigemus per gratiam Dei, ut intellegamus ſpiritaliter, quæ ſunt illa pauca caritatis, quę Marthæ à Domino ſugge- runtur. *Luc.10.*

DE VANITATE calcanda.

Cap. VII.

VAnitas quoque quàm ſit periculoſa, breuiter demonſtratur uerbis Saluatoris, qui ſuis diſci- *Luc.10.* pulis lætantibus uanitate dixit; *Vidi Sathanan ſicut fulgur de cælo cadentem.* & Iudæis aliquando ſe iu- ſtificantibus ait; *Quod autem altum eſt in hominibus,* *Luc.16.* *abhominatio eſt in conſpectu Domini.* Ex his & illo Phariſæi famoſiſsimo ſe iuſtificantis exemplo col- *Luc.18.* ligitur, quòd interemptrix ſit omnium bonorum uanitas, & gloriatio elata, dum bona uanè laudata Phariſæi perierunt, & peccata publicani accu- ſata euanuerunt. Non exeat igitur uerbum grande de ore Monachi, ne ſuus grandis pereat labor.

DE CASTITATE.

Cap. VIII.

CAſtitas uerò Monachi in cogitationibus iudicatur: cui nimirum cum diſcipulis ad audiendum accedentibus à Domino dicitur; *Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* dum enim uultum illius conſiderat ille, cui conſecratus eſt, uerendum eſt ne inueniat in anima, quod abhominatur. ne forte, iuxta ſententiã ſancti Petri, *habeant oculos luxoriæ plenos atq. adulterij.* & quid prodeſt, ſi uirgo corpore ſit, & non ſit uirgo mente? Deus enim ſpiritus in ſpiritu habitat ac mente, quem inmaculatum uiderit, in quo nulla ſit adulterina cogitatio, nulla ſpiritus coinquinati macula, nulla peccati labes ſit.

Matth. 5.

Ioan. 4. & 2. Corinth. 3.

DE DISCRETIONE.

Cap. IX.

DIſcretio Monachis quàm ſit neceſſaria, multorum error oſtendit, & aliquorum ruinæ demõſtrant, qui ſine diſcretione incipientes & abſq. moderatrice ſcientia degentes uitam finire laudabilẽ non

non potuerunt. quia ſicut ſine uia tendentibus error euenit, ita ſine diſcretione uiuentibus exceſſus in promptu eſt, qui ſemper uirtutibus in medio inter utramq. nimietatem poſitis contrarius eſt. cuius impactio periculi res eſt, dum iuxta ſemitam diſcretionis directam inimici prauitatis offendicula ac diuerſorum errorum ſcandala ponunt.

QVIA ORANDVS EST DEVS *de ipſa diſcretione.*

Cap. X.

ORandus eſt igitur Deus, qui lumen ueræ diſcretionis largiatur, ad inluminationem huius uitæ tenebris ſæculi utrimq. obſcuriſsimis circumdatæ, quò ſui ad ſe ſine errore ueri adoratores poſſint has euadere tenebras. *Ioan. 4.* Diſcretio igitur à diſcernendo nomen accepit, eò quòd ipſa in nobis diſcernit inter bona & mala, inter media quoque & perfecta. diuiſa namque ab initio lux & tenebræ, *Geneſ. 1.* utraque id eſt bona & mala: poſtquàm mala per Diabolum boni depriuatione eſſe ceperunt, ſed per Deum inluminantem priùs ac poſteà diuidẽtem. inde Abel pius bona elegit, Cain uerò impius *Geneſ. 4.* mala incidit.

DE CREATVRA DEI BONA.

Cap. XI.

Geneſ. 1. BOna Deus fecit cuncta, quæ creauit: mala uerò Diabolus superſeminauit doloſa calliditate, ac
Matth. 13. ſubdola ambitionis ſuaſione. Quæ ſunt igitur bona? Illa ſcilicet, quæ integra ſunt ac incorrupta, ſicut creata permanſerunt, quæ ſolus creauit Deus, iuxta Apoſtolum; *Vt in illis ambulemus, quæ ſunt opera bona, in quibus in Chriſto Ieſu creati ſumus*, bonitas ſcilicet, integritas, pietas, iuſticia, ueritas, miſericordia, caritas, pax ſalutaris, lætitia ſpiritalis cum ſpiritus fructu. hæc omnia cum fructibus ſuis bona ſunt. His uerò contraria mala ſunt, ſcilicet malicia, corruptela, impietas, iniuſticia, mendacium, auaritia, odium, diſcordia, amaritudo, cum fructibus eorum multiplicibus, qui ab eis naſcuntur. innumerabilia enim ſunt, quæ de utriſque contrarijs, id eſt, bonis & malis, procreantur.

QVOD

QVOD MALVM EST DECLInare à bonitate & integritate.

Cap. XII.

QVod autem declinat à bonitate condita & integritate, hoc primum malum eſt, quod eſt ſuperbia malitiæ primæ: cui contraria eſt piæ bonitatis humilis exiſtimatio, ſuũ creatorem agnoſcentis & glorificantis, quod eſt rationabilis creaturæ primum bonum. ſic & cetera per duplices ſenſim partes in immanem omniũ ſiluam creuerunt. Quę cum ita ſint, tenenda ſunt fortiter bona, Dei habentibus auxilium, quòd ſemper orandum eſt, per proſpera & aduerſa, ne aut extollamur in proſperis in uanitatem, neque deiciamur in aduerſis in deſperationem. Ideo continendum ſemper eſt ab utroque periculo, id eſt ab omni nimietate per temperantiam glorioſam, & ueram diſcretionem, quæ Chriſtianæ humilitati adhæret, & uiam perfectionis ueram Chriſti militibus aperit, diſcernẽdo ſcilicet ſẽper in dubijs rectè, ut inter bona & mala ubiq; diuidẽdo iuſtè, ſiue inter utraq. foris, ſiue inter corp⁹ & animã intus, ſiue inter opera & mores, ſiue inter curã & quietẽ, ſiue inter publica & ſecreta.

creta. Mala itaque cauenda ſunt ſimiliter, ſuperbia, inuidia, mendacium, corruptela, impietas, mala morũ, tranſgreſſio gulæ, fornicatio, cupiditas, ira, triſticia, inſtabilitas, uana gloria, elatio, detractio. Bona quoque uirtutum ſectanda ſunt, humilitas, benignitas, puritas, oboedientia, abſtinentia, caſtitas, largitas, patientia, lætícia, ſtabilitas, feruor, inpigritia, uigilantia, taciturnitas, quæ per fortitudinem ſufferentem, & temperantiam moderantem, quaſi in quadam ponderatrice diſcretionis ſtatera ſtatuenda in actu ſunt operis adſueti pro captu conatus noſtri ſufficientiam ubique quærentibus. nam cui ſufficientia non ſufficit, exceſſiſſe diſcretionis modum nulli dubium eſt. & quicquid ipſum modum exceſſerit, uitium eſſe manifeſtum eſt.

QVOD INTER PARVVM ET NIMIVM rationabilis eſt in medio menſura.

Cap. XIII.

IGitur inter paruum & nimium rationabilis eſt in medio menſura, reuocans ſemper ab omni utrũque ſuperfluo, in omni re poſita. certum ubiq. neceſsitatis procurans, ac inrationabile ſuperfluæ

uolun-

uoluntatis declinans. Et hæc menſura diſcretionis, uerè omnes noſtros pondere trutinās iuſto actus, nequaquam nos deuiare ab iuſto permittit; neq., dum ſtellam uiæ ducem per directum ſemper ſequamur, errorem pati. dum enim de utraque parte ſemper eſt continendum, iuxta illud dictum; *Continete vos à dextris & à ſiniſtris*, in directum ſemper per diſcretionem tendendum eſt, id eſt per lumen Dei, dicentibus ſæpiùs, idq. Pſalmiſtæ uictoris uerſiculo canendo; *Deus meus inlumina tenebras meas, quoniam in te eripiar à temptatione.* temptatio enim eſt uita Hominis ſuper terram.

Deuteron. 5. & Ioſ. 1.

DE MORTIFICATIONE.

Cap. XIIII.

MAxima pars regulæ Monachorum, mortificatio eſt: quibus nimirum per ſcripturam præcipitur; *Sine conſilio nihil facias*. Ergo ſi nihil ſine conſilio faciendum eſt, totum per conſilium eſt interrogandum. inde etiam per Moiſen præcipitur; *Interroga patrem tuum, & adnuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.* Sed licet duris dura uideatur hęc diſciplina, ut ſcilicet homo ſemper de ore pendeat

Eccleſiaſt. 32.

Deuter. 32.

alterius, ceteris tamen Deum timentibus dulcis ac ſecura inuenitur, ſi ex integro, & non ex parte conſeruetur: quia nihil dulcius eſt conſcientiæ ſecuritate, & nihil ſecurius eſt animæ inpunitate, quàm nullus ſibi ipſe per ſe poteſt tradere, quia propriè aliorum eſt examinis. Hoc namque defendit à timore iudicij, quod iam examinauerit iudicantis cenſura, cui alieni ponderis inponitur moles, & totum portat quod ſuſcepit, maius periculum iudicantis, quàm eius qui iudicatur. Quicumq. itaque ſemper interrogauerit, ſi ſeruauerit, numquã errabit quia ſi alterius errauerit reſponſio, fides credẽtis & labor oboedientis numquam errabunt, neque mercede interrogati carebunt. Nam ſi per ſe aliquid diſcuſſerit, qui debuit interrogare, in hoc ipſo arguitur erraſſe, quod iudicare præſumpſit, qui debuit iudicari: etſi rectum fuerit, prauum illi reputabitur, dum per hoc à recto declinauit: quia nihil audet per ſe iudicare, cuius officium eſt tantũ obœdire. Cum hæc igitur ita ſint, cauenda ubique eſt monachis ſuperba libertas, ac uera humilitas diſcenda, ſine murmuratione & hæſitatione obœdientibus, quò iuxta Domini uerbum, *iugum*
Matth. 11. *Chriſti ſuaue, & onus eius leue* ſentiant. alioquin, donec Chriſti humilitatem diſcant, ſuauitatem iugi eius

eius, & honeris illius leuitatem non ſentient. Humilitas enim cordis, requies animæ eſt, uitijs ac laboribus non fatigata, ac unicum illius dedit & malis refrigerium. & quantum ad hanc conſiderationem, tota de tantis foris uagis acuminibus adtrahitur, tantùm intus requieſcit, ac refrigeratur, ita ut etiam amara illi ſint dulcia; dura & ardua antè habita, plana ac facilia eſſe ſentiat. Mortificatio quoque ſuperbis ac duris intolerabilis, illi fit conſolatio, cui hoc ſolum placet, quod humile ac manſuetum eſt. Sciendum autem eſt, quod neq. hanc martyrij felicitatem, neque aliud quid utile ſuperueniens poterit perfectè conplere, niſi qui in hoc ſtudium ſingulare poſuerit, ut non inueniatur inparatus. Si enim iuxta hoc ſtudium ſuas aliquas ſectare aut nutrire uoluerit intentiones, continuò interpoſitorum occupatione detentus, turbatus, ſequi quò iuſsio ducit, gratus ſemper non poterit neque ut conpetit conplere poteſt qui turbulētus eſt & ingratus.

Mortificationis igitur triplex eſt ratio, Non animo diſcordare, Nō lingua quidlibet eloqui, Nō ire quoquàm. Abſolutè ſuū eſt ſēper dicere, ſibi quāuis cōtraria iubenti; *Nō ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis,* iuxta exemplū Domini Saluatoris, qui ait: *Deſcendi* *Iohan.*

de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui me miſit, Patris.

EXPLICIT REGVLA SANCTI COLVMBANI.

S. BA-

S. BASILII EPI-SCOPI

AMMONITIONES.

AVdi, Fili, ammonitiones patris tui, & inclina aurem tuam ad uerba mea: commoda mihi libenter auditum, & corde credulo cuncta quæ dicuntur auſculta. Cupio enim inſtruere te, quæ ſit ſpiritalis militia, & quibus modis Regi tuo debeas militare. Intenſiſsimè ergo audiat ſenſus tuus, & animam tuam nullus prægrauet ſomnus, ſed ad uigilandum excita eam, & ad ſtudium intellegendi ſermonum meorum paratus eſto. Verba enim mea non ſunt ex me, ſed prolata ex diuinis fontibus. neque enim noua doctrina inſtruo te, ſed ea, quæ didici à maioribus meis, doceo te. Hæc enim ſi immiſeris in cor tuum, in pace dirigentur itinera tua, nec ad te adpropinquabit ullum malum, ſed procul à te

 abſcedet

abſcedet omnis aduerſitas animę. Si ergo cupis, Fili, militare Domino, illi ſoli militabis. Sicut enim, qui militāt Regi terreno, omnibus iuſſis eius obocdiunt, ſic & qui militant Regi cęleſti, debēt cuſtodire præcepta cæleſtia. Miles terrenus quocumq. loco mittitur, paratus & promptus eſt, neq. ſe uxoris aut filiorū gratia excuſare audebit; multo magis miles Chriſti ſine aliquo inpedimento Regis ſui debet obędire imperio. Miles terrenus cōtra hoſtem uiſibilem pergit ad bellum: tecum uerò hoſtis inuiſibilis cottidie dimicando non deſinit. Illi contra carnem & ſanguinē eſt dimicatio: tibi uerò aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus eſt cōluctatio. Ille contra hoſtem carnalē carnalibus armis utitur: tu uerò debes contra ſpiritalem hoſtē armis uti ſpiritalibus. Ille in bello galeam ferream geſtat in capite: ſed tua galea ſalus Chriſti ſit, qui eſt caput tuum. Ille lorica, ne uulneretur, indutus eſt: ſed tu pro lorica Chriſti caritate eſto circumdatus. Ille contra aduerſarium emittit lanceas & ſagittas: tu cōtra hoſtem tuum diuina eloquia iaculare, & percutiens eum uerbis Dominicis dicito; *Dominus mihi adiutor eſt, & ego diſpiciam inimicos meos.* Ille, donec pugna geritur, arma à ſemetipſo non proicit, ne ab aduerſario uulneretur: ita & tu numquam debes

eſſe in-

eſſe inermis, quia tuus hoſtis illo eſt aſtutior. Illius quidē hoſtis ad tempus pugnat: tuus uerò hoſtis, quā diu in ſtadio uitę huius conſiſtis, tecū pugnare non ceſſat. Illius arma laborioſa & grauia ſunt ad portandū: tua uerò arma uolentibus portare ſuauia ſunt ac leuia. Ille cùm ſuperauit aduerſariū ád domum coniugis ac liberorū reuertitur: tu uerò hoſte proſtrato in illud cæleſte regū cū omnibus ſanctis intrabis, Ille pro labore terreno terrenū accipit donatiuum: tu uerò pro ſpiritali labore cæleſte accipis præmiū, Cæleſte enim donū expectat Monachus, qui terrenos actus à ſemetipſo proicit, nec implicat ſe negotijs ſæcularibus militans Deo. Difficile namq. eſt duobus Dominis ſeruire: nec poteſt quiſquam ſeruiens Mammonę ſpiritalia arma portare, ſed iugū Chriſti ſuaue repellit à ſe ac proicit, & quicquid graue & honeroſum eſt animę ſuę, ſuaue ac leue ei uidetur. iſtiuſmodi uir à proprijs armis uulneratur, & cū diligit periculū, incidit in mortē. Tu autē conſidera, cui te Regi ad militandū probaſti. quanto enim ſuperius eſt Rege terreno imperiū cæleſte, tanto excellentior eſt gradus militiæ tuæ terrena militia, Turrim namq. excelſem exſtruere cogitas. prępara ergo tibi ſumptus ad ſtructurā, ut coeptum ædificiū ad perfectū deducas, ne quando

præte-

prætereuntibus uenias in deriſum, & gratulentur de te inimici tui. Hæc turris non ex lapidibus conſtruitur, ſed ex uirtutibus animæ: nec auri, nec argenti ſumptibus indiget, ſed conuerſatione fideli. Nam terrenæ opes plurimum ad ædificandum impediunt. Vnus proſpectus ſit, Fili, tibi, ſi uni Deo ſeruire deſideras, ut nulli ſtudeas placere in uita tua, niſi illi ſoli: nec in diuerſis occupationibus occupes mentem tuam, ſed omnimodo abſcide à te carnalem amorem, ne carnalis amor amorem cæleſtem à te excludat. Omne uicium expelle ab anima tua, ut uirtutes animæ tuæ conquirere poſſis.

DE VIRTVTIBVS ANIMAE.

AVdi igitur quæ ſunt uirtutes animæ, & quæ maxima conferunt ei lucra.

I. Virtus eſt animæ diligere Deum, & odire illa, quæ Deus non diligit.

II. Virtus eſt animæ patientiam ſectari, & ab inpatientia declinare.

III. Virtus eſt animæ caſtitatem tam animæ, quàm corporis cuſtodire.

IIII. Virtus eſt animæ uanam gloriam contempnere, & omnia caduca calcare.

V. Virtus

V. Virtus eſt animæ humilitatem ſtudere, & tumorem ſuperbiæ abhominare.

VI. Virtus eſt animæ iram cohibere & furorē reprimere.

VII. Virtus eſt animæ ab omni ſtultitia declinare, & ſapientiam diuinam amplectere.

VIII. Virtus eſt animę omnem uoluntatem carnis ſubicere menti.

VIIII. Virtus eſt animæ auaritiam ſpernere, & uoluntatem paupertatis aſſumere.

Has ergo uirtutes facilè poteris obtinere, ſi ſæcularem curam neglexeris, & caducis ac terrenis rebus cæleſtia præpoſueris, & iudicia eius die noctuque impenſiùs meditaberis. Eris autem tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & omnes fructus ſpiritus ex te orientur, & ex ſeruo amicus Dei efficieris. Ex tota igitur mēte tua dilige Deum, ut in omnibus actibus tuis placeas illi. Si enim, qui coniugio copulatus, feſtinat placere uxori, multo magis Monachus in omnibus debet placere Chriſto. Qui diligit Deum, eius mandata cuſtodiat. Deus enim non ſe uerbis tantū uult diligi, ſed corde puro & operibus iuſtis. Qui enim dicit; Diligo eum, & mandata eius non

cuſtodit, mendax eſt. Huiuſmodi enim uir fallitur, & a ſemetipſo ſeducitur. Deus enim non uerborũ, ſed cordis eſt inſpector, & diligit eos, qui in ſimplicitate cordis ſeruiunt ei. Si terrenos parentes cum tanto affectu diligimus, quia paruo tempore pro nobis ſuſtinuerunt laborem, nonne nobis magis cœleſtis pater amandus eſt. Nam & quod circa nos eorum fiat obſequium, Chriſti eſt beneficium, qui omnium diſpenſator eſt optimus. Nam & antequam naſceremur in hoc ſæculo, ſua prouidentia parentes nobis anteà præparauit, quorum obſequio nutriremur. Sed & matris ubera tũc lacte replebuntur, quando infans fuerit potus. Ergo magis omnibus diligamus Deum, qui & nos & parentes noſtros proprijs manibus finxit; & cuncta nobis dona, quæ erga nos geruntur, cotidie eius beneficijs aſſcribamus. nam & parentes noſtros ut propria uiſcera diligamus, ſi aſcendere nos ad ſeruitium Chriſti non prohibeant. Si autem prohibuerint, nec ſepulchra illius à nobis uiſitari debentur. Chriſtus diligendus eſt ſuper parentes: quia non nobis tribuunt parentes ea, quæ Chriſtus tribuit. Et quis beneficia eius congruenter enarrare poſsit? uel nobis quantum tribuat, & cotidie præparare non deſinit? quantum quis plus laudare

uolue-

uoluerit ſermonibus, laudando Deo non deficit, ſed tunc incipit laudare Deum: qui uidens nos innumeris obnoxios peccatis non diſpexit, ſed liberauit nos: nec cum alienati ab eo in diuerſis erroribus uagaremus, auertit a nobis faciem ſuam: & dũ iam urgueremur in præcipitium mortis, ad uitam perpetuam reuocauit nos: & cum ingrati beneficijs eius ab eo auerteremur, ut pater demẽtiſsimus exquiſiuit nos: & cum in ſublime ſederet, noſtri gratia deſcendit ad terram, & in tanta humilitate uenit, ut ſeruilem formam aſſumeret: & qui in pugillo continet orbem terrarum, pannis in præſepio inuolutus eſt: & qui cælum palmo metitur, non habuit ubi caput reclinaret: cum eſſet diues, pauper eſt factus, ut nos ditaremur in illo: & qui in nubibus uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, iudicium humanum pertulit: & cum ſitientibus ſit fons uitæ & fluminis æterni, cum ſitiſſet, aquam poſtulauit a muliere Samaritana: & qui omnes ſatiat eſurientes, eſuriuit pro nobis, cũ temptaretur a Diabulo in heremo: & cui miniſtratur ab Angelis in cælo, miniſtrare dignatur hominibus in terra: & manus, quæ uirtutes plurimas faciebant, clauis pro noſtra redemptione

adfixæ ſunt: & ori mellifluo, quo ſalutari doctrina profluxit hominibus, fel pro cibo impij porrexerunt: & qui nullum læſit, cæſus eſt: & obprobria innocens pertulit: & cuius nutu mortui ſuſcitantur, uoluntariè mortem crucis pro nobis ſuſtinuit & quia hæc omnia perpeſſus eſt, ut nobis uitam æternam donaret: & cum nobis magnalia beneficia præſtitit, nihil exigit a nobis, niſi ut diligamus eum, & templa noſtra inpolluta ei ſeruemus, ut ille ſemper in nobis habitet, & nos in illo permaneamus. Non poſtulat a nobis aurum, neque argentum, neque aliquid huiuſmodi: (Nam etſi fuerint nobis iſta, diſpertire egentibus præcepit) nos ipſos quærit, nos deſiderat, in nobis requieſcere cupit. Accedamus ergo ad eum, & copulemur in affectu eius, ut nos ipſos diligamus & proximos. *Qui diligit*, inquit, *proximum, legem implet*: qui autem è contrario odit, homicida eſt. qui autem diligit fratrem ſuum, in tranquillitate eſt cor eius: fratrem uerò odiens, tempeſtate circumdatus eſt. Vir benignus, etiamſi patiatur iniuriam, pro nihilo ducit: iniquus autem, etiam paruum uerbum audiens a proximo, contumeliam arbitratur. Qui caritate plenus eſt, tranquillo animo & ſereniſsimo uultu procedet: uir autem odio plenus,

ambulat

ambulat iracundus. Tu autem, Fili, benignitatem ſtude in uita tua, & proximum tuum habeto tam= quam unum ex menbris tuis. Omnem hominem fratrem tuum iudica eſſe. Memento quod unus artifex condidit. Ne moueas cuiquam ſcandalum in uita tua, & non quod tibi utile eſt, ſed quod illi, facito. Quod tibi accidere non uis, nec proximo tuo cupias inuenire. Si eum uideris in bonis actibus uerſantem, congratulare ei, & illius gau= dium tuum ducito: & ſi aliquid patiatur aduer= ſum, conpatere ei, & illius triſtitiam tuam deputa. Omne malum expelle ab anima tua, & odiorum flammæ non turbent cor tuum. Contra inpoten= tem & ſubditum tibi noli ſcandalum commouere, ſed tamquam proprium menbrum tuum eum ha= beto in omnibus. Ne ſimulato corde diligas pro= ximum tuum. neque labijs aut oſculis inſidieris ei. Doloſus enim uir quaſi pacifica ex ore profert uerba, & in animo ſuo ſubplantare cogitat proxi= mum. In his ergo operibus ad iracundiam prouo= catur Deus. Puritas enim placet in conſpectu Dei: reſpuit autem omne fictum. Tu uerò omnem ſimu= lationem longè fac a te, & non concupias ſubplan= tare aut mordere uel laniare proximū tuum. Men= brum autē tuum ducito fratrem tuum. Quòd etſi

quandoque, ut homo, iratus fueris, ultra Solis terminum non producas iram tuam, ſed conciliare ad pacem, & deprime omnem furorem ab anima tua. Qui enim amplectitur pacem, in mentis ſuæ hoſpitio manſionem præparat Chriſto: quia Chriſtus pax eſt, & in pace requieſcere conſueuit; uirum autem inuidum omnibus modis execratur. Vir pacificus in trãquillitate eſt ſemper: inuidus autẽ ſimilis eſt naui, cum iactatur fluctibus maris. Homo pacificus ſecuram poſsidet mentem: inuidus autem in turbatione eſt ſemper. Qui ſectatur pacem, in mentis ſuæ hoſpitio totus undique munitus eſt: nã inuidus, ut lupus rapax, inſanit inaniter. Pacificus uir ſimilis eſt uineæ honeſtè abundanti fructu copioſo: inuidus autem opus indigentiæ ac miſeria detinetur. Et quantum pacificus gaudẽs in Domino delectatur; tantum inuidus taboſcens ad nihilum redigetur. Ex habundantia lætitiæ pacificus homo dinoſcitur; & ex uultu marcido & furore pleno inuidus demõſtratur. Pacificus homo conſortium Angelorum merebitur: inuidus particeps Dæmoniorum efficietur. Et ſicut pax ſecreta mentis inluminat, ita inuidia occulta cordis obcæcat. Pax enim effugat diſcordiam: inuidia autem cumulat eam. A ſplendore pacifici aufugit caligo:

& ubi,

&ubi eſt inuidia,ibi eſt obſcuritas, & exteriores tenebræ. Sectare ergo deſiderabile nomen pacis, ut fructum eius conſequaris; & execrare inuidiã, ne malorum fructibus repleaтis. Rationabile namque animal creauit te Deus,ut poſsis diſcernere inter bonum & malum, ut quæ ſunt optima & quæ ſunt inutilia reſpuas,eligas,& ab omni ſpecie mala abſtineas te.

Fili, patientiam arripe,quia maxima uirtus eſt animæ, ut uelociter ad ſublimitatem perfectionis aſcendas.Igitur ſi cupis patientiam habere,moneo primùm te., ut ad mandata diuina excites mentem tuam. Ne fabuloſa arbitreris Dei præcepta, ſed in his ſemper ſollicitum ſit cor tuum. Ne frangat animam tuam ulla aduerſitas mundi a præceptis Dei,ac mandatis, & a caritate, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. neque erigaris in ſucceſsibus proſperis,ſed in utroque temperatus ſis. Omne, quod tibi iniunctũ fuerit religionis gratia,libenter ſuſcipe & obtempera; etiamſi ſupra uires tuas fuerit,ne ſpernas, neque deuites illud, ſed cauſam inpoſſibilitatis tuæ ei, qui tibi iniunxit, fideliter enarra, ut quod tibi honeroſum fuerit, eius moderatione ſubleuetur, ut contradictionis uitio careas. Retributionem patientiæ

tuæ ne

tuæ ne requiras ab homine, ut in futuro poſsis recipere ab æterno Domino æternam retributionẽ. Patientia grandis medela eſt animæ: inpatientia autem pernecies cordis. Per patientiam autem exſpectatur ſpes futurorum, & quod non uidetur, quaſi quod uideatur, amplectitur.

CAſtum enim te in omnibus conſerua, Fili, ut uideas Dominum in gloria conſiſtentẽ. Ab omni pollutione mundum ſit cor tuum, & ne des inimico aditũ introeundi. A conſpectu nequã auertas oculos tuos, & ne delecteris pulchrarũ uultu feminarum, ne per talem delectationem ultima exſoluas ſubplicia. Memento cui dedicaſti menbra tua; & ne commiſcearis illa cum meretricibus. Reflecte amorem tuum ab amore mulierum, ne te ab amore Dei excludat. Noli minima ſpernere, ne paulatim defluas. Ne uelis ire ad domum uirginum, neq. longis & otioſis fabulis uti cũ eis, ne per plurimas ſermocinationes utraq. mens polluatur. Noli grauiter ferre ſermones meos, ne ſtultum arbitreris meum eloquium; ſed crede mihi, & gratanter accipe uerba mea. Si ad feminarum domus acceſſerit clericus aut monachus, & uirgo patiatur huiuſmodi introire ad ſe, ſtatim inmutant priſtinã dignitatem, &

tem,& quod Deo polliciti ſunt, ſua uoluntate amittunt. Nec enim poterunt huiuſmodi manſionẽ in ſe Deo præparare, ſed diſſolabuntur, ut lignum aridũ. Numquid uirginitatem Dominus ab aliquo extorquet inuito? Hoc enim munus uoluntariè Chriſto offertur ex propria uoluntate, iam non eſt in tua uoluntate. Non enim licitum eſt ulli profanare, quod Deo promiſſum eſt. Nõ peccabis, homo, ſi non uoueris uotum: ſi autem uoueris, ne moreris reddere illud; quia Dominus quaſi ſuum requiret illud a te, nec pollutioni uult commiſceri menbra tua, quæ ſibi iam dedicata ſunt. Vide ergo ne te ſeducat corporis pulchritudo, & decorem animæ tuæ amittas. Ne improbo oculo intuearis ſpeciem mulieris, ne intret mors in animam tuã per feneſtras tuas. Non adcommodes aures tuas ad percipienda uerba earum, ne concipias nequitiam in anima tua. Mulieris carnem ne uelis tangere, ne per tactum eius inflammetur cor tuum, & ſpiritu tuo laberis in perditionem. ſicut enim fœnũ proximans igni conburitur, ita & qui tangit mulieris carnem, non euadet ſine damno animæ ſuæ: & licet corpore caſtus euadat, mente tamen & corde corruptus abſcedit. Dic mihi, quæſo te Fili, qualis eſt profectus in pulchritudine carnis? Nonne ſicut

ſoenum æſtatis ardore percuſſum areſcit,& paulatim priſtinũ decorem amittit. Succedente enim ſenectute omnis decor priſtinus iuuentutis flori deperit,& qui ante in amore carnis exardeſcebãt,poſteà in odiũ eius conuertũtur. & quando mors uenerit,quantũ remanebit pulchritudinis? Tunc recognoſces, quia uanũ eſt, quod antea inaniter diligebas. Cùm uideris totũ corpus intumeſcere,& in foetorem eſſe cõuerſum, nõne claudes nares tuas, ne ſuſtineas foetorẽ duriſſimum. Vbi eſt omnis illa oblectatio? require ſi eſt alicubi priſtini decoris aliquod ueſtigiũ,& ubi eſt ſuauitas luxuriæ & conuiuiorum opulentiæ? ubi ſunt blandimentorũ uerba,quę corda ſimplicia molliebãt? ubi ſunt ſermones dulces,qui amaritudinem amantibus infundebant? Vbi eſt inmoderatus riſus, aut locus turpis? ubi infrenatę & inutiles læticiæ? uelut decurſus aquarũ pertranſiens nuſquam conparuit. Iſte finis eſt pulchritudinis carnis,quã amabas: hic oblectationis terminus. Reflecte igitur animũ tuum ab his obſcenis amoribus,& omnẽ amorem conuerte ad ſplendidiſſimã pulchritudinem Chriſti,& radij fulgoris eius inluſtrent cor tuũ, ut omnis obſcuritas caliginis expellatur a te. Hæc pulchritudo diligẽda eſt, Fili, quæ læticiam ſpiritalẽ conſueuit infundere: hic decor

hic decor omnibus modis amplectendus eſt, unde nobis ſerenitas tranquillitatis adquiritur. E uitem⁹ perneciosas pulchritudines, ne omnium malorum genera in nos inrogẽtur. Multi enim per mulierum ſpecies a uia ueritatis naufragauerunt, pleriq. ornamentis earũ oblectati perneciem animarum ſuarũ perpeſſi ſunt, & a perfectionis faſtigio in profundũ inferni dimerſi ſunt. Caue, ergo, Fili, ſpecies, per quas plurimas cernis animas periſſe. Ceſſa edere cibum, qui alijs intulit mortem, ne incidas iter, per quod naufragium perpeſſi ſunt plurimi: euita laqueos, per quos captos plurimos ſenſeris. Poſtula tibi a Domino cor prudens, & peruigilẽ ſenſum, Fili, ut non ignores fraudes & inſidias inimici, & in retia eius ne incidat pes tuus. Sapiens uir non cõſiderat corporis decorẽ, ſed animæ: inſipiens autẽ in carnalibus detinetur. Sapiens uir mulierem reſpuit geſtuoſam: ſtultus autem cõcupiſcens eam ſubplãtatur. Vir prudens ab inpudente muliere auertit oculos ſuos: luxurioſus autem intuens eam ſoluetur, ut cera à facie ignis. Tu autem, Fili, caue ſpecies pernetioſas ac falſas pulchritudines. Deturbãtur enim animæ adtendentes tales. Chriſtus non in corporis, ſed in animæ pulchritudine delectatur. Illa ergo & tu dilige, in quibus delectatur & Deus.

CAue quoq. cupiditatem, neq. amori pecuniarū ſubicias te, ſed ab omni auaritia declina, ne condemneris ut adulter & idolorū cultor. Noli amare Mammona, ne te ſeparet a Deo. Noli diligere opes terrenas, ne amittas cæleſtes. Multi cupientes aliena a ſuis priuati ſunt. Alienæ ſunt a nobis huius ſæculi facultates: noſtra autem poſſeſsio regnum cælorum eſt. Noli appetere aliena, ne a tuis fias extraneus. Cotidiano uictu eſto contentus. quicquid ſuperfluum eſt, tamquam inpedimentum propoſiti tui, proice abs te. Ne cupias fieri locuples, ne in temptationem & in laqueum Diaboli incidas. Caue radicem omnium malorum cupiditatem pecuniarum. Cupidus enim animam ſuam uenalem habet. ſi inuenerit tempus, pro nihilo perpetrat homicidium: & ut quis effundat aquam in terram, ita eſt ei effundere ſanguinem proximi ſui. Pleriq. auaritiæ ardore in mortis periculum inciderūt. Propter auaritiam Acham cum ſuis omnibus lapidatus eſt. propter auaritiam Saul alienus a Deo effectus eſt, & ad extremum de culmine regali expulſus eſt, & ab inimicis ſuis perempt⁹ eſt. & Achab propter auaritiam inuaſit uineam Naboth, & huius rei gratia in prælio uulneratus & defunctus eſt. Dominus uerò noſter & Saluator uoluit de cordibus Phariſeorum

ſeorum pecuniarũ amorem excludere:ſed quia erãt cupidiſsimi,ſalutaria eius monita deridebant.Nam & illum diuitiæ, quem Dominus ad regna cælorũ prouocauit, amor pecuniarum eum intrare non permiſit. Sed & Iudæ peccatum auaritię flamma exarſit, ut Dominum cunctorum bonorum largitorem in manus traderet impiorum. Auarus uir inferno ſimilis eſt. Infernus enim quantoſcumq. deuorauerit,non dicit Satis eſt. ſic etſi omnes theſauri confluxerint in auarum,non ſatiabitur. Alienus igitur eſto, Fili,ab hoc uitio, & uoluntariam paupertatem libenter aſſume. Noli eſſe piger, ſed labora manibus tuis, ut habeas unde puſillum tribuas indigenti. iuxta mediocritatem tuam porrige.Tantum enim expetitur a te,quantũ tibi creditũ fuerit.Nemo enim exigit a te,quod ipſe non habes. Elemoſina cum iniquitate adquiſita abhominatio eſt coram Chriſto:ſed acceptum eſt ei, quod fuerit fideliter adquiſitum. Fili,auaritia iſta nõ habet miſericordiam. Sunt enim nonnulli,qui diripientes aliena,facere ſe elemoſinam ſimulant, & cum alios obprimunt,alijs miſereri ſe fingunt. Sed Deus non delectatur operibus eorum, & ſimulationem cordis eorum execratur ac reſpuit. Tu autem,licet exiguum dederis de tuis iuſtis laboribus, gratum &

acceptum erit Domino. Sed non ſis uanus inde, cum feceris elemoſinam indigenti, neq. te illo meliorem, cui feneras, æſtimes ſed in omnibus operibus tuis humilia te coram Domino: quia non erit gratum, quicquid efficitur cum ſuperbia. quod autem humiliter fit, acceptum ei eſt.

Filli, præ omnibus humilitatem ſtude, quæ eſt uirtutum ſublimitas, ut poſſis conſcendere perfectionis culmen: quia iuſtitiæ conſtitutiones non aliter, niſi per humilitatem, implẽtur. Multorũ autẽ temporũ labores per ſuperbiam pro nihilo computantur. Similis Deo eſt humilis uir, & in ſe Dominum geſtat: ſuperbus autẽ Deo odibilis, Diabolo ſimilis eſt, Humilis uerò, licet habitu uiliſſim9 ſit, glorioſus tamen eſt uirtutibus: ſuperbus autem, etſi decorus & clarus uideatur aſpectu, tamẽ operibus uilis eſt, & uerbis & geſtibus, uultu & inceſſu ſuperbia eius denũtiatur Et leuitas cupit ſemper laudari ab hominibus, & uirtutibus, quibus alienus eſt, ſe prædicari geſtit. non patitur cuiquã eſſe ſubiectã, ſed ſemper primatum cupit, & ſe in maiorem gradũ conatur inmergere, & quod meritis obtineri non poteſt, ambiendo feſtinat inuadere. ambulat ſemper tumens, ut uter uacuus, & ut nauis abſque guberna-

gubernatore, cum iactatur fluctibus, ita & iſta le-
uis circumfertur, inſtabilis per omnes actus ſuos.
Humilis autem e contrà omnes terrenos reſpuens
honores, ultimum ſe iudicat omnium & mediocri
uultu intuens, eminens coram Deo apparet, & cum
omnia fecerit, dicit; *Seruus inutilis ſum*, & nihil ſe fe-
ciſſe teſtatur, & celat animæ ſuæ uirtutes. ſed Deus
diuulgat opera eius, & profert in medium, mirifi-
catque geſta illius & exaltat, & clarum facit eum,
& in tempore precum ſuarum, quod poſtulat, im-
petrat. Tu autem, Fili, ſi acceſſeris ad precandum
Deum, proſterne te humiliter in conſpectu eius, ne
poſtules quicquam quaſi ex gratia meritorum. &
ſi eſt tibi conſciẽtia alicuius boni operis, cela illã, &
ut te ſilentium agẽte multipliciter tibi reſtituatur a
Domino. & peccata tua produc in mediũ, ut deleat
illa Deus, cũ confeſſus fueris ea. Non te iuſtifices o-
rans, ne ſicut Phariſeus ille exeas condemnatus.
memento publicani, & ita ora ut ille, ut ueniam de-
lictorum tuorum inuenias. Non in clamore uocis
oraueris Deum, qui eſt occultorum cognitor: ſed
clamor cordis tui pulſet aures eius. ne longitudi-
nem uerborum protrahas ante eum, quia non in
multiloquio, ſed puriſſima mente placabitur Deus.

In

IN tempore orationis omnem malitiã cordis proi-ce abs te, & remitte, ſi quid habes aduerſus proximum tuum. Eſt deniq. quoddam genus ſerpentis, cùm cœperit ire ad bibendam aquã, antequàm ueniat ad fontem, euomit omne uenenum. Imitare & tu hunc ſerpentem in hac parte, & omne uenenum iræ amarum euome, & remitte conſeruo tuo centum denarios, ut tibi Dominus dimittat milia talentorum. Quodcumq. opus inchoaueris facere; primum inuoca Dominum, & gratias age. & cum cõſummaueris illud, ſimiliter fac. Inuoca Deum ex toto corde, & inuenies eum. & cum inueneris, ne dimittas eum, ſed copuletur mens tua in amore eius.

HOc ſtude in uita tua, ut orationem puram offeras Deo, ne cogitationes ſuperfluæ conturbent cor tuum, neq. in diuerſa rapiatur mens tua. Memento enim te ſub Dei ſtare conſpectibus, qui occulta cordis conſpicit, & abſcondita mentiũ nouit. Vigilanter igitur adſiſte in conſpectu Dei. in tẽpore orationis uel pſalmorũ non te opprimat ſomn?, & ne diſſonans ſit a ſono uocis ſenſus tuus, ſed in linguæ uerba uigil intendat. ne ſit duplex oratio tua, quæ non poſsit adcedere ad aures Dei. non ſit tibi ullũ tempus uacuũ aut otioſum tam in diebus

quam

quam in noctibus. Vigil eſto ac ſollicitus oculis ac mēte,ut inminentē temptationem poſſis facilis effugere. Si enim cogitationes ſordidæ turbauerint cor tuum,& cogerint aliquod inlicitū perpertrare, per orationes & uigilias depellentur ab anima tua. Oratio namq. grandis munitio eſt animæ. per orationes puriſſimas omnia utilia tribuūtur a Domino,& cuncta noxia procul dubio effugantur. In tempore pſalmorū ſapienter ſpalle, Fili,& ſpiritales cantus uigilāter cane coram Domino, ut uirtutem pſalmorum facilius poſſis aduertere. Omnis enim duritia cordis eorum dulcedine emollitur. tūc dulces habebis fauces,gaudenſq. cantabis; *quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauū ori meo.* Nec poteris ſentire hanc dulcedinem,niſi cū ſumma uigilantia & ſapientia cantaueris. *Fauces enim,* inquit, *eſcam guſtabunt, ſenſus autem diſcernent.* ſicut ergo ex carnalib9 eſcis alitur caro,ita ex diuinis eloquijs interior homo nutritur ac paſcitur. Sed in his omnib9 uigilias ſanctas aſſume, Fili,& deuita inutiles uigilias. Vigiliæ autem inutiles ſunt, cū quis uigilauerit aut cogitationes turpes,uel ad gerendum contrariū aliquid,uel facinus perpetrandum, Tales uigilias deuita,& ſanctas arripe uigilias,ut poſſis effici ſanctus. In omnibus actibus & uocibus tuis ui-

gila, ne quando obprimaris ſomno. Placere hominibus ne geſtias; præter ſoli Deo ne ſtudeas placere alteri. In omni opere tuo, quod cogitas facere, primùm inuoca Deum, & ſi ſecũdum Deum eſt quod cogitas, diligenter examina, & ſi eſt rectũ coram Deo, perfice illud. ſi uerò aduerſum fuerit repertum, amputa illud ab anima tua. Cottidie actus tuos curioſiùs diſcute, & ſi te peccati obnoxiũ ſenſeris, ad pœnitentiam citò confuge. Nolo ut protrahas peccatum de die in diem; & ſi quid cogitaueris nequam, & de eo pœnitentiam age, & uelociter de corde tuo reſeca illud. Ne uelis dicere, Non eſt hoc grande facinus, quod cogitaui tantũmodò; quia in conſpectu Domini manifeſta & aperta ſunt omnia. Nolo ut ſinas in te creſcere cogitationes malas, neq. tamquam minima neglegas ea. Qui enim ſpernit minima, paulatim defluit. Non ſpernas morſum ſerpentis, ne uenenum eius conſpergatur in cor tuum. Abſcide uirgulta ſpinarum de agro cordis tui, ne defigant in te altas radices. Scito quod cor tuum ager eſt Domini. excole eum cæleſtibus diſciplinis, & non ſinas in agro Domini ſeminare zizaniam. Si igitur taliter uigilaueris, facilè poteris ad perfectionem uenire. Ad uigilandũ autem ieiunium multum proderit. ſicut enim miles

plurimo honere prægrauatur & præpeditur ad bellum,ita impeditur monachus ad uigilias, cum eſcarum largitate feruefcit.Non benè poſſumus uigilare,cum dapibus fuerit uenter noſter honuſtus, ſed oppreſſi ſomno uigiliarum fructus amittimus, & maximum detrimentum animæ noſtræ adquiſirimus.

Vigilijs ergo ſtude copulare ieiunia, ut cunctis animæ uirtutibus florere poſſis, ut caro tua ſubiecta ſit animæ, & ſicut ancilla famuletur dominæ ſuæ.Ne præbeas corpori tuo uires, ut ineat bellum aduerſus ſpiritum tuum,ſed ſemper ſubiecta ſit caro tua,ut obtemperet iuſſis ſancti ſpiritus. Noli incraſſare ancillam , ne contemnat dominam ſuam, ſed ut in omnibus iuſſis eius obſequijs mācipetur. Sicut enim equis frena ſunt inponenda,ita corpora noſtra ieiunijs ſunt infrenanda. Nam quemadmodum auriga,ſi equorum frena laxauerit,rapidiſſimo curſu per præcipitia deferuntur, ita & anima cum ipſo corpore, ſi ei frenum non inpoſueris, ad inferni præcipitia dalabitur. Eſto igitur peritiſſimus auriga corporis tui , ut per tramitem rectum poſſis incedere. Eſcæ enim plurimæ non ſolùm animam , ſed etiam corpora noſtra plurimum lædunt. Sæpe enim per ciborum

auiditatem ſtomachi franguntur uires: nec non & abundantiam ſanguinis, & coleram, & plurimas ęgritudines eſcarũ largitate perpatimur. Sicut enim animę & corpori ſunt iſta contraria, ita medella eſt utriuſq. temperantia ieiunij. Quantum ergò poſſumus, Fili, delicias huius mundi, & ciborũ opulentiã fugiamus, ne quando cruciati in flãma quæramus guttam aquæ, & nullum refrigeriũ conſequamur. Fugiamus ebrietatem, ne in crimen luxuriæ incidamus. Vinum enim nobis Dominus ad lætitiã cordis, non ad ebrietatem donauit. Non quantũ gula exigit, ſed quantum naturæ inbecillitas poſtulat, Nã & Apoſtulus Timotheo uino modico uti præcepit, & hoc propter dolorem ſtomachi, & eius frequentes infirmitates. Ne igitur nos, quod ad medelam corporis noſtri tributũ eſt, ad perneciem deputemus, Plurimi namq. homines per uinũ maximã debilitatem corporis cõtraxerunt, nec potuerãt conſequi priſtinam ſanitatem, quia nõ temperauerunt gulæ ardorem. Pleriq. per uinum homicidia perpetrauerunt, nec ipſam mortem recuſauerunt, alij per uinũ a Dæmonibus capti ſunt: nec eſt aliud ebrietas, quàm manifeſtiſſimus Dæmon. Ebrioſus putat ſe aliquid optimũ gerere, cum fuerit ad præcipitia deuolutus, per uinolentiam armatur os ad

maledicta,

maledicta, & conuitia proximorum, & inmutatur mens, atq. lingua balbuttit. Quid ergo minus habetur ebrietas, quàm Dæmon. Huiuſmodi enim uir, cum ſe putat bibere, bibitur. Sicut enim piſcis, cum auidis faucibus properat ut glutiat eſcam, repente hamum intra fauces repperit: ita & ebrioſus intra ſe uinum ſuſcipit inimicum, quod intra eum morans inpellit ad omne opus nefandiſſimum, & homo rationabilis ut inrationabile animal capietur. Tu autem in omnibus te exhibe ſobrium, ut te ſobrietas in omnibus caſtum exhibeat. Sed hoc caueto tu, Fili, ne pro ciborum abſtinentia erigaris in ſuperbiam, & infleris aduerſus eos, qui ieiunij tui menſuram non ualent obtinere, ne quando uidearis eſcis carnalibus ieiunare, & uitijs pectus tuū replere. Grandis namq. eſt confuſio animæ, quæ cum ſibi carnem ſubiecerit, ipſa uitijs ſit ſubiecta. Quid prodeſt uentrem ab eſcis abſtinere, & carnem & animam obruere paſſionibus, & carnis amorem non uinci, & in corde liuoris ſtimulos machinare. Vir enim contempnens omnia, quæ caduca ſunt, tam corporis quàm animæ ſe abſtinet paſſionibus, quia in utriſq ſubſtantijs homo conſtare uideatur. Nulla enim perfectio eſt, in una parte eſſe ſublimem, & in alia eſſe proſtratum: in una parte fulge-

re, & in alia uitiorum caligine occupari. Qui enim caſtus eſt, debet perſeuerare & in ſpiritu: quia nihil prodeſt caſtũ eſſe corpore, & mente corruptũ. Ciuitas ſi fuerit in una parte munita, ex alia uerò deſtructa, aditũ ad ſe hoſtiũ præbebit. Et nauis ſi fuerit fortiter conpaginib9 ſolidata, & unã nã habuerit tabulam perforatã, aquarũ fluctibus mergitur in profundum. Vir cõtinens cuncta, quæ uana ſunt, ſpernit, nec ullam gloriam ſectatur humanã· furorẽ iracundiæ reprimit, & execratur liuores inuidiæ: potiùs detrimentum ſuſtinet, quàm diſſoluat uinculũ caritatis: in pectore continet dilectionẽ: non detrahit citò de proximo, nec libenter audit detrahentem: cupit ſemper declinare a uitijs, & ad uirtutes animæ ſemetipſum inſtigat. Talem te exhibe, Fili, ſi uolueris exercere ieiuniũ, & cum te a cibo abſtinueris, abſtine & linguam tuam ab inlicitis uerbis. Omnem blaſphemiam longè fac a te. ne ſuperflui ſermones procedant de ore tuo, quia & pro otioſis ſermonibus reddituri ſumus rationẽ in die iudicij. Ne ad maledicendum quemquã conſueſcas linguã tuam, quæ ad benedicendũ & laudandum Deum creata eſt. De quibus ignoras rebus in conuentu noli proferre ſermonẽ, ſed oportuna uerba procedant ex ore tuo, cũ oportunum tempus inueneris,

ut te

ut te audientibus cunctis gratiã exhibeas. Ab omni uaniloquio tempera linguam tuã, ne quando, qui audiunt, horreſcant, & obturent aures ſuas, & ſit confuſio coram omnibus. De quibus moleſtiam nõ pateris, noli acriter contendere. non ſueſcas cõſuetudines peſſimas: quia cõſuetudo, quæ longiùs fuerit protracta & confirmata, non cũ paruo labore uitatur. Noli diſſolutis labijs riſum proferre; (Amentia namq. eſt cum ſtrepitu ridere) ſed ſubridẽdo tantùm mentis læticiam indica. Nec in modum paruuli iocare uelis aſſiduè: quia non conuenit ei, qui ad perfectionem nititur iocare cum paruulo: ſed eſto in malitia paruulus, & uir perfectus in ſenſu. In quibuſdam te exhibe ſenem, in quibuſdam infantem. Paruuli eſt enim ludere: perfecti autem uiri lugere. ſed præſens luctus lætitiam generat ſempiternam; iocus autem remiſſorem efficit animę, & neglegentẽ erga pręcepta Dei: nec delicta ſua poteſt ad memoriã reuocare, & obliuiſcẽs ea nõ ſe inſtigat ad poenitentiã, & ita paulatim ab omnibus bonis cadit. Nullũ habebit acceſsũ cordis ad cõpunctionẽ, ubi fuerit inmoderatꝰ riſus aciosſus: ubi autẽ fuerint lacrimę, ibi ſpiritalis ignis accẽditur, qui ſecreta mẽtis inluminat. Tũc auiditate cęleſti flagrãs copulatur Chriſti amore, & in terris degẽs me-

litatur

litatur iugiter de ſupernis; Calcat ſæculi dignitates,& ad præmia futura ſe extendit, nec ulla uis ſæculi ab amore ſegregat Chriſti, ſed ut figura quædam inter homines uerſare uidetur,& tota eius cogitatio de cæleſtibus intellegitur. Mors illi præſens dulcior eſt,quàm ipſa uita. cupit diſſolui & eſſe cum Chriſto, quem in carne uiuens intra ſuum portauerat templum, Vide ergo,quãtum lucrum afferant fletus ac lacrimæ: & quantam perneciem præparet riſus aciosus.quem enim hîc ridere delectatur,poſtmodùm flebit amariter. qui autem hîc lugere uoluerit, gaudebit in poſterum. Nam & Saluator noſter beatos appellat lugentes , & qui nunc lætantur,flere eos dicit in nouiſſimo.Ne ergo te oblectet puerilis iocus ac riſus, ſed lectionum & ſpiritalium cantus. Non te ſoluant in riſum uerba inania , ſed proferantur ex te perfectorum uirorũ uirtutes,ut ad eorum ſpeculũ uitam tuam moreſq. conponas.Perfectus enim dicitur,non qui in ætate,ſed qui in ſenſu perfectus eſt.Non enim tibi obeſt puerilis ætas,ſi fueris mente perfectus:nec ſenilis proderit ætas,ſi fueris paruulus ſenſu. Nam & Dauid,cum puer eſſet, & perfectum cor haberet, a Domino in regem electus eſt:& Saul,cum ſenilis eſſet,& ætate prouectus , quia in ſe malignum & grandem

grandem nequitiam habuit, de culmine regali expulſus eſt,& ab inimicis interemptus eſt. Vetuſti iam erant & presbyteri, qui Suſannam uiolare conati ſunt, quos Danihel adhuc puerulus detecto eorum ſcelere condempnauit, Et Dominus noſter atq; Saluator ingreſſus Hieroſolimã a paruulis collaudatur,& a ſenioribus poſtea crucifigitur. Nam & arbor, licet multorũ ſit annorum, ſi fuerit infructuoſa, abſciditur: ſi autem fuerit fructuoſa nouella & fertilis, colitur, ut magis ampliorem proferat fructum. Perfectorum autem uirorum conſortio fruere, & in contubernijs abſtinentium delectetur anima tua,& a uerbis eorum ne auertas aurem tuã. Verba enim uitę ſunt uerba eorum, & incolomitas animæ his, qui ea libenter attendunt. Sicut enim Sol oriens effugat caliginem, ita ſanctorum doctrina expellit tenebras a tuis ſenſibus. Talium uirorum, quæſo, ne deuites conſortia, ut eorum monitionibus mens tua erigatur ad cælum, & fluxam ſæculi gloriam pro nihilo poſſis deſpicere, & uirtutes animæ hauriant ſenſus tui. Euita uiros, quos erga mandata Dei uideris neglegentes, qui mortui ſunt uirtutibus, & uidentur uiuere paſſionibus: qui lætantur in proſperis uoluntatibus, & gaudio carent diuino. Cum huiuſmodi uiris nulla tibi cõ-

mixtio ſit,neq. uelis cum eis ſermocinare aſſiduè, niſi ualeas ſolummodò ab erroris eos itinere reuocare. Cæterùm ſi non uales,deuita ut publicum hoſtem. Sæpe enim per unam ouem morbidam polluitur totus grex; & modica pars fellis magnã dulcedinem in amaritudinem uertit; & fermẽtum modicũ totam maſſam corrumpit: A tali .n. fermẽto & Dominus te attendere pręcepit. Fermentũ enim hoc doctrina nequiſſimorũ hominum intellegitur. Nã etſi quis in habitu uideatur clarus ac nobilis, & dulcia tibi uerba proferat eleganter ſimulatio,tamen cordis eius ex ſubſequentibus actibus intellegitur. Non enim ex uerbis,ſed ex uirtutibus homo probatur. Deniq. quàm plurimi callidè uitia ſua celare feſtinant, & aput quoſdam ignaros inanis gloriæ uidentur mirabiles; ſed cum de uentris ſui ſinu ſerpentes protulerint,adtacti morſu eius intumeſcunt, & in palàm omnibus ueniunt: quia nihil occultum eſt,quod non reuelabitur. Si quis tibi intulerit mala,ne uelis iraſci, ſed dole potius pro eo,quia Deus illi iraſcitur. Qui enim patienter pertulerit mala,in futuro coronabitur; qui autem intulerit mala,in die mala ut reus damnabitur. Ne pro carnalibus damnis frangatur animus tuus,nec uigorem patientiæ res caducæ emolliant: ſed time potius damnum, ſi a propoſito tuo retardaueris

daueris. & quando te peccato obnoxium ſenſeris, ad pœnitentiam conuerti non confundaris. Qui enim pœnituerit hic, in nouiſſimo non poenitebit. Clementer enim ad poenitentiam confugientes ſuſcipit. ſed ne in miſericordia Domini fretus peccatis peccata augeas, ne uelis dicere; Donec uigeat ætas mea, carnis concupiſcentiam exercebo, & poſtremò in ſenectute malorum meorum poenitentiam geram, Pius enim Dominus & multùm miſericors, nec ultra facinorum meorum memorabitur. Noli taliter cogitare, Fili, quia ſumma ſtultitia eſt hæc in mente concipere. Quis enim hominũ nouit diem exitus ſui? Non enim omnes in ſenectute ab hac luce migrabunt, ſed diuerſis ætatibus de hoc mundo migratur. & in quibus actibus uocabitur homo, de eiſdem eum reddere rationẽ neceſſe eſt. Nemo enim in inferno confitebitur Domino. ſed tu ne moreris ad poenitentiam conuerti. Semper ante oculos tuos uerſetur ultimus dies. Cũ enim diluculo ſurrexeris, ad ueſperum te ambiges peruenire: & cum in lectulo ad quieſcendum membra poſueris, noli confidere de lucis aduentu, & facillimè te poteris refrenare ab omnibus uitijs. Semper enim cor tuum promiſſa cæleſtia meditetur, ut ipſa te ſemper ad uirtutis uiam prouocent.

Eſto nunc talis in operibus bonis, qualem te uis futurum poſtmodùm. Omnia terrena, quæ poſſides, in futuras cæli manſiones transfer, ut cum ibi profectus fueris, fruaris bonis cæleſtibus. Bonorum operum ſumptus in itinere præpara, ut incũctanter libenterque, cum uocatus fueris, pergas ad Dominum. tunc, cum carnis uinculo anima tua fuerit abſoluta, mox in occurſum tuum Angelorũ chorus occurret, omniumq, ſanctorum agmina in tuos miſcebuntur amplexus, & te ad adorandum uerum iudicem perducent. tunc erit tibi pax in giro & ſumma ſecuritas: nec timebis ultrà iacula ignita Diaboli: non tibi timorem, non terrorem incutiet barbarorum inmanitas: nec formidabis hoſtes ferociſſimos, qui cupiunt animas iugulare: non ferrum, non ignem, nec faciem truculentem tortorũ: non famem, non ſitim, non ullam carnis ægritudinem: non metues inuidiam hominum, nec inſidias malignorum: non uerba uenenata mulierum lupanarium: nec ultrà aduerſabitur caro ſpiritui: nec ullum timebis periculum. ſed cum carnis abieceris ſarcinam, tunc ſpiritus ſanctus tribuet tibi in cæleſtibus manſionem, cui tu paulò antè intra corporis tui hoſpitium feceras manſionem: & lætus gaudenſq. futuri iudicij diem exſpectabis, in quo ſingulo-

gulorum animæ pro ſuis actibus recipient merita. ſed fruſtrà tunc peccatores & impij poenitebunt, nec ullam requiem poterunt inuenire. Rapaces & auari flebunt amariſſimè, ſed malorum ſuorum ueniã non conſequentur. In luctu maximo omnes, qui carnis ſuæ uoluntatem ſecuti ſunt; in mærore & gemitu magno in ſempiternum erunt, qui uitijs & paſſionibus ſeruierunt. & cum hi omnes pro criminibus ſuis gehennæ ignibus mancipati fuerint, tibi cum ſanctis omnibus ſempiterna præmia tribuentur; & *quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, facie ad faciem videbis, quæ præparauit DEVS diligentibus ſe.* *Eſa. 64.* *1. Corinth. 2.*

EXPLICIT EPISTOLA BEATISSIMI BASILII EPISCOPI.

ANNEI BOETII

DE MORIBVS

Liber.

OMne peccatum actio eſt: actio autẽ omnis uoluntaria eſt, tam honeſta quàm turpis: ergo uoluntarium eſt omne peccatum. tolle excuſationem, nemo peccat inuitꝰ. Educatio & diſciplina mores faciũt, & id unuſquiſq. ſapit, quod didicit. itaq. bona conſuetudo excutere debet, quod mala inſtruxit. Nihil intereſt quo animo facias, quod feciſſe uitioſum eſt: quia facta cernuntur, animus uerò non uidetur. nulla autem laus eſt non facere, quod facere non poſſis. Quid homini eſt inimiciſſimum? homo. Libenter feras, quod neceſſum eſt. dolor patientia uincitur. Expecta quod numquam poeniteas. Non quàm multis placeas, ſed qualibus, ſtude. In hoc tantùm incumbe, ut libentiùs audias, quàm

loquaris. Multos uitam differentes mors iuncta præuenit. itaq. omnis dies uelut ultimus iudicetur. Triſtitiam, ſi potes, ne admiſeris; ſin minus, ne oſtenderis. Amicos ſecretò ammone; palàm autem lauda. Verba rebus non perſonis æſtimanda ſunt. Oratorem te puta, ſi tibi ante omnes, quod oportet, perſuaſeris. Quod tacitum eſſe uelis, nemini dixeris. ſi tibi non imperaſti, quomodo ab alio ſilentium ſperas? Ridiculum eſt aliquem odio nocentis innocentiam perdere. Monſtro ſimilis eſt auaritia ſenilis. quid enim ſtultius eſt, quod dici ſolet, quàm uia deficiente uiaticum quærere? Omnes infantes terra nudos excipit. non pudeat te fortiùs naſci quàm uiuere. Quid dulcius, quàm habere amicum, cum quo audeas, ut tecum, omnia loqui? ſeruandus eſt ergo omni diligentia raro inuentus amicus. Magnarum uirium eſt neglegere lædentem.

Quid ſis intereſt, non quid habeas. Nondum es felix, ſi te turba non deriſerit. Si uis beatus eſſe, cogita hoc primùm, contemnere & contemni. Priuſquàm promittas, deliberes; & cum promiſeris, facias. Id agas, ne quis meritò te oderit. etſi nullos inimicos tibi facies, iniuria multos facit. Solitudinem quęrat, qui uult cum innocētibus uiuere. Optimus

ergo,

ergo, animus, & pulcherrimus cultor Dei eſt. Abſtinebis ab alieno matrimonio. Præſtabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem. præſtabis amicis fidem, omnibus æquitatem. Deuitabis crudelitatem, & miniſtram crudelitatis iram. Non aliter uiuas in ſolitudine, aliter in foro. Nihil petes, quod negaturus fuiſti: nihil negabis, quod petiturus fuiſti. Pacem cum hominibus habebis, bellum cum uitijs. Hoc habet omnis affectus, ut in quod ipſe inſanit, in id putet etiam cæteros furere. Maximum in eo uitium eſt, qui non melioribus uult placere, ſed pluribus. Vis omnibus eſſe notus? prius effice, ut neminem noueris. Bonum eſt non laudari, & eſſe laudabilem. Stultum eſt timere, quod uitare non potes. Malè opinentur de te homines, ſed mali. malis diſplicere, eſt laudari. malè de te loquuntur homines, benè autem loqui neſciunt; nõ quod merearis, ſed quod ſolent ipſi, homines de me mala loquuntur: ſi meritò, non quod loquuntur, moleſtũ eſt, ſed quod non mentiuntur: ſin immeritò, innocentia mea nũc maximè gaudeo. apparet enim illos uera obiecturos, ſi poſſet. Nõ es in patria tua? Patria tua eſt, uticũq. bene es. illud .n. per quod bene eſt, nõ eſt in loco, ſed in homine. Nihil magnũ, niſi magno animo deſpicias. Quæ ſunt

maximæ

maximæ diuitiæ? non deſiderare diuitias. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit. Quid eſt dare beneficium? Deum imitari. Honeſtius eſt, cum iudicaueris, amare; quàm, cum amaueris, iudicare. Semper diſſenſio ab alio incipiat, à te recõciliatio. Succurre paupertati amicorum, immò potiùs occurre. Amicos ſecundæ res parant, aduerſæ certiſſimè probant. Peiora ſunt tecta odia, quàm aperta. propterea te loquax inimicus minùs, quàm taciturnus, offendit. Mira ratio eſt, quæ non uult prædicari, quod gaudet intellegi. Ignoſci amat, qui, quod odit, oſtendit. Elemoſina non tam accipientibus, quàm dantibus prodeſt. & ſpes præmij ſolatiũ fit laboris. Quæ eſt maxima egeſtas? auaritia. Pecuniæ imperare oportet, non ſeruire. Nullũ conſciũ peccatorum tuorũ magis timueris, quàm temetipſum. aliũ potes effugere, te numquã. Quis eſt pauper? qui ſibi uidetur diues. Qui a multis timetur, multos timet. Infelicitatem erige, ſubmitte felicitatem. uera felicitas innocẽtia eſt: nequitia ipſa ſui poena eſt. Mala conſcientia ſæpè tuta eſt, ſecura numquam. Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit. Beneficij accepti numquã oportet obliuiſci, dati protinus. Inhoneſta uictoria eſt ſuos uincere. Satis eſt poenarũ potuiſſe puniri. Inimicitias

ni iudicis eſt diſpenſare non tantùm quid damnã-dum ſit, ſed quatinus. proximus iuſtitiæ modus ſeueritas. Quietiſsimam uitam agerent homines in terris, ſi hæc duo uerba a natura omnium rerum tollerent, meum & tuum. Qui paupertatem timet, timendus eſt. Vires tuas amici beneficijs, inimici iniurijs ſentiant. Pecunia non ſatiat auaritiam, ſed irritat. Homo ſemper indigens pecunia, ſcit cum eius moribus conuenire. mihi crede, non potes diues eſſe, & felix. Auribus frequentiùs, quàm lingua utere. Quicquid dicturus es, antequàm alijs, dicito tibi. Nihil intereſt inter iratum & inſanum, niſi unus dies. alter ſemel iraſcitur, alter ſemper inſanit. Facillimè bonis fruêris, ſi ea uitaueris, quæ uituperaueris. Cùm alienos timueris, teipſum uerere. nam ſæpe ſine alijs eſſe potes, ſine te numquam. Si benè te inſtruxeris, pudeat deteriora facere. Quod perſuaſeris, erit diuturnum: quod coêgeris, erit in occaſione. Alteri ſemper ignoſcito, tibi ipſi numquã. Tantum ad uirtutem adicies, quãtũ ex uoluptate abſtraxeris. Stultum eſt ſomno delectari, & quaſi mortẽ moliri: cùm ſomnus aſsiduus ſit mortis imitatio. Bonis nocet, qui malis parcit. Multi, cùm alijs maledicũt, ſibi ipſi cõuicia faciunt. perturpe eſt, quod obicitur, in obiciente cognoſci.

Tu primum exhibe te bonum, & ſic quære alte-rum ſimilem tui. Turpius nihil eſt, quàm cum eo bellum gerere, cum quo familiariter uixeris. Vt li-centioſa mancipia, animi imperio rege linguam, li-bidinem, uentrẽ, cupiditatemq. comprime; ſi non potes, paululum remitte. Sæpe ea, quæ ſanari ra-tione non poterant, ſanata ſunt tempore. Qui pro-pter pecuniæ amorem & libidinum moritur, o-ſtendit ſe numquam ſui cauſa uixiſſe. Turpia ne di-xeris: paulatim enim pudor per uerba diſcutitur. Sic habita, ut potiùs laudetur dominus, quàm do-mus. Conſuetudinaria res eſt innocentia. non da-mnatio, ſed cauſa hominem turpem facit. meritò damnari poena eſt: damnatio immerita damnati eſt calamitas. Si aliquid cogitaueris, citò apparebit conuerſantibus. Videri uis ab omnibus? numquã bonæ honeſtatis ſimulatio longa eſt. Quod de a-lienis tractas, ex tuis iudices. Multi ſunt obligan-di, pauci offendendi. nam memoria beneficiorum facilis eſt; iniuriarum tenax. Obiurgationi ſemper aliquid blandi ammiſce. faciliùs enim penetrant uerba, quæ molli uadunt uia, quàm aſpera. nemo enim ſe mutat, qui mutari ſe deſperat. Quoties ſcri-bens aliquid dicturus es, ſcito morum tuorum te hominibus chirographum dare. Qui in ſeruos ira-

ſcitur,

ſcitur, & crudelis eſt, ſatis oſtendit, poteſtatem aduerſus alienos defuiſſe. Qui neſcit tacere, neſcit loqui. Facilius eſt pauperi contemptum effugere, quã diuiti inuidiam. Bonus fruitur bona conſcientia: malis hominibus tutiſsimum eſt citò fugere. Nulla puſilla domus, quæ multos amicos capit. Scire uti paupertate, maxima felicitas. Acuit intentio, frangit animum remiſsio. Numquam ſcelus ſcelere uindicandum eſt. Bonus uir eſt, qui eò perduxit affectu animum, ut non tantùm peccare non uelit, ſed etiam non poſsit. Res magnæ clementiæ eſt indulgendo corrigere peccata, quàm uindicando: Regnantibus peius multo periculum, quàm his qui iudicantur. hij enim ſingulos timent, illi uniuerſos. Numquid fortis fortem ſe gloriabitur, quẽ corporis ægritudo efficit infirmum? Numquid diues in opibus ſuis gloriabitur, cuius ſpem fur uel tyrannus abrupit? Numquid nobilitas gloriabitur effectà, nonnumquàm indignis & miſerabilibus ſeruiens? Diabolus aliquando ſe gloriabatur interfectorem tuæ miſericordiæ, nũc intergemiſcit ſocios tuæ beatitudinis. Fugienda ſunt omnibus modis, & abſcindenda igni ac ferro, totoque artificio ſeparanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria a mente, a ciuitate ſeditio, a domo

diſcordia, a cunctis rebus intemperantia. Dixit quidam, Amicorum omnia eſſe communia: &, Amicum ſeipſum eſſe alterum. Duorum temporum maximè habendam curam eſſe, & eorum quæ acturi ſumus, & eorũ quæ geſsimus. Poſt Deum ueritatem colendam, quæ ſola homines Dijs proximos facit.

EXPLICIT LIBER ANNEI BOETII DE MORIBVS.

MELCHIORIS HAIMINSFELDI GOLDASTI

In

S. COLVMBANI ABBATIS REGVLAM

Notæ

AD

IO. GEORGIVM VERDENSTENIVM.

OMNES homines, qui Chriſto nomen dederunt, *Monachorum* appellatione veniunt, non quia ſolitarij, & à cætu hominum ſegreges vitam degunt, verùm quòd in cordis quadam quaſi ſolitudine, beneficia Ieſu Seruatoris dies nocteſq. meditentur. Hæc monaſtica vita, vera eſt eremus, in qua vni gemitus deprecatores vitijs parati, & ſola fides, *qua per dilectionem* operatur (verbis Auguſtini) ſalutem viuificam adipiſcitur. quæ non in

non in loco,ſed in homine quærenda. & errant totâ viâ, qui alibi inueſtigant. Quondam apud Gentes *Philoſophi*, qui apud nos hodie *Monachi*.at illi Chriſtum ignorabant, rerum cauſſas naturalium alij, pars hominis mortalis vitam contemplantes. Ex illo genere Numa Pompilius, Epimenides, Pyrrho Elienſis,Chryſippus,Diogenes Cynicus,Timon Nicęus, vt alios ponam ad compendium. alteri verò ſaniùs ſapiebant, interq. ipſos Pythagorici, Platonici,atq. Stoici.quorum ratio, poſt Adami lapſum, quàm ab naturâ corruptâ pote, tam magis in mente, particula diuinæ auræ, melior. *Legem naturæ* appellat Apoſtolus. Vnde Seneca eorum princeps; *Optimus,animus, & pulcherrimus cultor Dei eſt.* ad quem excolendum præcepta quædam præſcripſere diſcipulis,quibus imbuti atque informati ad honeſtatem, cetera vitæ aſpernarentur. interim in vitâ res domeſticas atq. ciuiles legitimè diſcerent gubernare. Huiuſmodi præcepta,extra ſeptem Sapientum, circumferuntur Pythagoræ,Phocylidis,Theognidis, Theoctiſti,aliorum. ſcilicet ſcholas eorum quædam quodammodo monaſteria fuiſſe,ad quæ cuiuis volenti contingebat adire. Laudandum inſtitutum,& quod Chriſtiani antiquitus imitati. qui perſequentibus Imperatoribus,in agros,ſiluas, & loca ſolitaria contulere. inibi ad ſe confluenti vndiq. turbæ ſiue ad mores, ſeu ad Dei contemplanda myſteria facientia dictabant monita. qui quietam & à negotijs remotam vitam, obſeruandorum veluti præceptorum adiutricem,elegerant,communi curâ ac conſilio commanebant. Ceteros omni doctrinæ genere cotidie mactabant, inſtruentes vtriuſq.rei, publicæ Eccleſiaſticæque,bono. præſcribebant autem certa viuēdi præ-

præcepta, quibus vel in Collegio Fratrum conſtituti etiã num, ſiue ad tractandas res acciti inter homines vterentur. Quæ ad communem vitam pertingunt, maximam partem à Philoſophis illis Gentilibus mutuati ſunt. Vis documenta? En tibi auctores idoneos ac locupletes, Columbanum Abbatem, & Baſilium Epiſcopum. Quos vbi ad illorum ſcripta contenderis, igitur eſſe ita, vti prædico, dices. Qui nobis eò potiores eſſe debent, quoniam exercent, vt & hanc vitam bene recteq. inſtituamus, & æternæ illius beatorum ſedis depotiamur. Quorum præcepta quamuis clara atq. perſpicua per ſe ſint, collata cum Regulis SS. Patrum, Orieſieſis, Pachomij, Auguſtini, Hieronymi, Benedicti, ipſius Baſilij, lucis plus & magis ponderis conſequentur. De ceteris ſilere melius puto; quarum melior pars ab illis, quas dixi, traſcripta. factum viris pijs iam olim illaudatum. Anſelmus Auelburgenſ. Epiſcopus in Epiſt. ſub quorumdam perſonâ; *Ecce vidimus in Eccleſia Dei quoſdam emergere, qui pro libitu ſuo, inſolito habitu induti, nouum viuendi ordinem ſibi eligunt, & ſiue ſub monaſticæ profeſſionis titulo, ſiue ſub canonicæ diſciplinæ voto, quodcumq. volunt, ſibi aſſumunt, nouum pſallendi modum, & metas cibariorum ſibi ſtatuunt, & nec monachos, qui ſub regula S. Benedicti militant, nec canonicos, qui ſub regula Auguſtini Apoſtolicam vitam gerunt imitantur: ſed omnia pro libitu ſuo noua facientes, ipſi ſibi ſunt lex, ipſi ſibi ſunt auctoritas, & quos poſſunt in ſuam ſocietatem ſub prætextu nouæ legis colligunt: & in hoc religioſiores videri putantur, ſi ab omni religioſiori habitu ac diſciplina ſequeſtrati inueniantur, & tamquam præ ceteris notabiles digito demonſtrentur.*

Cap. I.

D*Eum dil:gere*) ita cod. vetuſtiſſimus, nempe annis ab, hinc ſeptingētis ſcriptus. at F. Metzleri, *Dominum*. vtrumq coniunxit Benedictus c. IV. *Inprimis Dominum Deum diligere ex toto corde*, &c.

Cap. IIII.

A*Fflixuoſa*) Monſtrum verbi, cui ſimile illud Benedicti c. IV. *murmurioſam*, cuius primigenium cap. V. *murmurium*, pro murmure. *Afflixus* ἀντὶ τοῦ afflictus. Sic *geſtuoſus*. Baſil. Ammonit: *mulierem geſtuoſam*.

Aut tumidæ contradictiones prorumpant) Metzler. *ne aut in detrectationes aut tumidas contr. prorumpatur*. Baſilius Ammonit: Ne ſuperflui ſermones procedant de ore tuo.

Cap. V.

C*Ibus ſit vilis & veſpertinus Monachorum*) Baſilius Ammonit. *Cotidiano victu eſto contentus; quicquid ſuperfluum eſt, tamquam impedimentum propoſiti tui proice abs te*. Iſidorus Etymolog. l. XX. c. II. *Eſt cæna veſpertinus cibus, quam veſpernam antiqui dicebant. in vſu enim non erant prandia*. Eadem Seruius in IV. Æneid, Feſtus ex eoque Nonius; *Veſperna quam*

quam nunc cœnam appellamus. eius olim tempus, quod nunc merendæ, ſcilicet hora nona. Cicer. epiſt. vlt. li. IV. ad fam. *Accubueram hora nona, cum ad te exemplum harũ litterarum* &c. Martialis;

Imperat exſtructos frangere nona thoros.

Tantùm autem cænabant, non prandebant Monachi auſteriores. In Vita Patrum lib. I. de S Antonio; *Cibum quoque in veſpera eum* (Paulum Simplicem) *ſumere præcepit.* De Monacho, cui panes cælitùs miſſi; *Cumq. ſolitò ingreſſu ad veſperam requireret cibum, panem quidem inuenit ſuper menſam* &c. Lib. II. *Rurſus ingreſſi cellulas veſpertinaſq. orationes complentes, adorantes ſenem, dixerunt; præcipis, Domine, vt eamus & eum, qui remanſit, caulem coquentes guſtemus: quia iam hora eſt vt cibum ſumamus.* Lib. IV. de ſene ebrioſo; *qui cum laboris precium omne in vino heluaretur, fratri ſuo afferebat tantùm panem ad ſero.* Auguſtinus Reg. II. de tempore edendi; *Operentur autem mane vſque ad ſextam: & à ſexta vſque ad nonam vacent lectioni: & ad nonam reddant Codices. & poſtquam refecerint ſiue in horto, ſiue vbicumque fuerint, faciant opus vſq. ad horam lucernarij.* Vitâ Patrum lib. IV. in S. Siluano de Monacho, qui manducare, quàm laborare mallet; *Et cùm facta eſſet hora nona, intendebat ad oſtium, ſi mitterent & vocarent eũ ad manducandum.* Ibidem libri de Vindemio Abbate, & duobus fratribus; *Circa horam nonam ſignificauit percutiens, & venit ille minor, & fecit modicam cocturã pulmenti. Nona*, tertia hodie veſpertina. Io. Climacus Scal. Paradiſi g ad. XV. *Conſidera teipſum prima diei hora, meridie, & veſpere antequam ſumas cibum, atque ex hoc addiſce ieiunij vtilitatẽ exultat namque mane atque*

appropinquat cogitatio.ſexta verò cùm aduenerit, aliquanto remiſſior fit. circa verò Solis occaſum prorſus humiliatur. & tùm demùm nonnulli cibum ſumebant, Eſſæos imitati, quos Hieronymus non niſi *ſub ſtellæ ortu* tradit cænare conſueuiſſe, hoc eſt, vti Philo, *poſt ſolis occaſum. ſtellam* intellegit ἕσπερον. inſtitutum plures non probauerunt. Rationem reddit Abbas Moyſes apud Caſſianum Collat II. c. VI. *Recens eſcæ perceptio tam in veſpertinis quàm in nocturnis orationibus tenuem leuemque ſenſum non ſinit inueniri ideò commodum ſatis & vtile hora nona refectionis tempus indultum eſt, in quo reficiens monachus non ſolùm in nocturnis vigiliis leuis ac vacuus, verùm etiam in ipſis veſpertinis ſolemnitatibus digeſto iam cibo inuenitur aptiſſimus. Veſpertinum officium* nobis Germanis *die Veſper*; *Nocturnum, die Mette*. Salomo Conſtantienſ. Lexic. *Veſpertinum diurni finis officium & alternæ lucis occaſus eſt: quando eſſe nos decet in Dei conſpectibus & perſonare in eius cultibus orationũ noſtrarum illi ſacrificium offerentes atq; in eius laudibus ſemper exultantes.* tamen hoc a quibuſdam ante cibos operatum. Vitâ Patrum lib. II. *Pro cuius aduentu parauit ad refectionem ſenior lenticulæ cibum coctum, dixeruntq; inter ſe, vt prius ex more complerent orationes & Pſalmodiam, & poſteà cibum caperent. cum autem ingreſſi fuiſſent, pſallebant totumq; pſalterium compleuerunt* &c. Eodem libro de Monacho famem remorante; *Cumque hora nona adueniſſet, ſecundum conſuetudinem complebat omnes orationes & pſalmodiam ſecundum regulam, & ponebat panem vt comederet.* Dixi, monachi auſteriores. nam erant qui bis comederent, & regula permittebat. Benedictus cap. XXXIX *Sufficere credimus ad refectionem cotidianã tam ſextæ, quàm nonæ omni-*

næ omnibus menſis cocta duo pulmentaria. *Sexta*, hora meridiana· Caſſianus Inſtit. monaſt. l. x c I. de acedia; *Maximè circa horam ſextam monachum inquietans.* interpretatur Climacus de ſcal. parad. grad. XIII. *Mane primo languẽtes medicus uiſitat; acedia verò monachos circa meridiem.* Ipſe Caſſian. *Nonnulli ſenum hunc eſſe pronuntiant meridianum Dæmonem, qui in Pſalmo LXXXX. nuncupatur.* Propterea monachos meridiari ſolitos ſcribit Ioannes Diacon. vitâ Gregorij PP. & Daniel monach. vitâ Ioan. Climaci.

Satietatem fugiens & potus ebrietatem) etiam aquæ. In Vita S. Antonij, quam Athanaſius ſcripſit, Euagrius reddidit; *Sed obſeruare, ne vmquam vſque ad ſaturitatem veniret, & præcipuè in potu: confirmans non minùs per aquæ abundantiam phantaſias animæ fieri, quàm per vinum calorem corporis increſcere.* eſt enim adæquè crapula, non minùs quàm indigeries, Benedict. c. XXXIX.

Legumina) Benedict. vocat *pulmentaria*, ſc. ex leguminibus confecta, fabis, lenticulis, piſis. Interpretatio de Regul: *Leguminum, omne genus fauorum.* Leg. *fabarum*, quarum pulmentum *fabiana.* Hiſt. S. Carilelphi Monachi; *Tantam fabianum coxit, vt per totam hebdomadam ſatis haberet.* Sed lenticularum, *athera.* Vita S. Paphnutij Abbatis; *Cum hoſpitibus pulmentum lenticulæ, quod atheram appellabant, pararet.* Piſorum, *piſana.* Vita Patrum lib III. de S. Euagrio; *Olera verò & piſanas ac legumen vſque ad duos annos accipiens ita defunctus eſt.* vulgò ibi *ptiſanas* legitur.

Farinæ aquis mixtæ) an μάζα? vnde Germanorum *maſe*, in Anniuerſarijs S. Galli *wizemaſe*. Philoxenus Gloſſ. *Maſſa, μάζα, φύραμα.*

Cum paruo pane paxmate) *Paxamas*, ab inuentore *Paxamo*, qui, vt Apicius, gulæ artifex, teſtante Athenæo lib. III. Vguitio; *Paximadium, dicitur panis bis coctus. Paximas, adis, idem.* Suidas; παξαμᾶς, ὁ δίπυρος ἄρτος. ἔστι δὲ ἡ λέξις Ῥωμαϊκή. Idem; Δίπυρος ἄρτος, ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος παξαμᾶς σισύρας ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες, ἐν αἷς δὴ ἄλλο οὐδὲν ὅτι μὴ διπύρους ἄρτους οἴκοθεν ἐμβεβλημένοι ἀφίκοντο. eadem Phauorinus Camers. Caſſianus Collat. II. c. XIX. *Maiores noſtri diſcutientes continentias diuerſorũ, qui vel ſolis leguminibus, vel oleribꝰ tãtùm, vel pomis vitam iugiter exigebant, præpoſuere cunctis illis refectionem ſicci panis, cuius æquiſsimum modum in duobus paximacijs ſtatuerunt. quos paruulos panes vix libra vnius pondus habere certiſsimum eſt.* Idem Inſtit. l. IV. c. XIV. *Præter duo paximacia, quæ tribus vix denarijs ibidem diſtrahũtur, nihil ſibimet amplius vnuſquiſq. præſumit.* In Regula Cœnobiali Patrum, (quam Metzlerus coniecturat eſſe *librum pœnitentiarum* Columbani nomine ab Trithemio adductum) cap. x. *Si quis frater inobœdiens fuerit, duos dies vno paxmate & aqua. Si quis dicit, non faciam, tres dies vno paxmatio & aqua. Si quis murmurat, duos dies vno paxmatio & aqua. Si quis veniam non petit, aut dicit excuſationem, duos dies vno paxmatio & aqua* &c. In Vita Patrum lib. I. *De Sportella, vbi panes, id eſt, paximacia repoſita erant.* Lib. II. de S. Priore; *Dicebant fratres, quia vnum tantùm paximacium & quinque oliuas in cibo accipiebat.* Lib. IV. de Abbate Vindemio; *Appoſuit menſam, & poſuit ſuper eam tres paximaces.* Eodem lib. *ſumens paucos paximaces, & quaſi dierum quattuor aquam in vas iter meum faciebam.* In Lege Alemannorum tit. XXII. §. I. *Serui Eccleſiæ tributa ſua legitimè reddant: quindecim ſitulas de-*

las de ceruiſiā, porcum valentem tremiſſe vno, panem modia duo, pullos quinque, oua viginti. Corrigo, *paximadia duo*, quæ & *bucella* dicta. Vitâ Patrum lib. II de S. paſtore; *Da mihi* (inſit Imp. Theodoſius) *benedictionem, Abba, vt reficiamur. ſtatimque feſtinauit monachus, & miſit aquam & ſalem, & miſit buccellas & comederunt pariter.* Ammiano *buccellatum.* Paulinus Epiſcopus epiſt. ad Romanianum de eulogijs; *De buccellato Chriſtianæ expeditionis, in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi pariter & filio noſtro Licentio miſimus.* *Panes purpurei*, quòd ab igne rubeant. Ioan. Moſchus Prato ſpirit. c. VII. de Machno ſene; *Neque vinum bibens, neque panem comedens, niſi purpureum. Rubidus panis* Plauto. *Sicci*, quia bis cocti. Heſych. δίπυροι ἄρτοι, οἱ ἐκ δευτέρου ὀπτώμενοι. Vita Patrum lib. I. in geſtis Apollonij; *Erant eis pauci tantummodo & ſicci panes, atque olera ex his quæ ſale aſperſa reponi apud eos ſolēt.* Lib. II. de S. Paſtore; *Aſpiciebat Imperator* (Theodoſiꝰ) *intentè cellulam ipſam, & nihil vidit in ea, niſi paucos panes ſiccos in ſporta pendentes.* Lib. IV. *Tolle tibi XL. panes, & folia palmarum dierum XL. & vade in eremum, XL. diebus, & voluntas Domini fiet. & abijt in eremum, & manſit ibi laborans & faciens plectas de palmis, & panem ſiccum comedens.*

Quos comeſturi macerabant aquâ, & ſale condiebant. Vita Patrum lib. II. *Et cum aduenißet hora ſexta, infundebat panem in aqua, dicens; dum hic panis infunditur, oportet me etiam exſpectare horam nonam.* Lib. IV. *Et appoſuit eis panem ſiccum, & aquam, & ſal, dicens; ecce propter vos feſtiuitatem habemus hodie, & miſit*

& miſit parum aceti in ſalibus illis. Ibidem de Abbate Vindemio diſcipulos mittente in eremum, qui cellam ædificarent; *Dedit eis ſecurim, & ſportam plenam panibus ſiccis, & ſal*. Puto *hordeacios* fuiſſe. nam hi magis diurnant. & auctores habeo Ezechielem IV. v. XII. Ioannem Euangel. cap. VI. & Baſilium Reg. cap. X. Victus proprius itinerantibus monachis a frequentiâ ſeparatis, militibus & nautis. inde *panis nauticus* dictus Paxmas, ſicut militaris *buccellatum*. Hodie noſtris Monachis paxmatium eſt *leibunculus minor*. In Anniuerſarijs S. Galli ſic ſatis vetuſtis; *In feſto purificationis dantur decem fercula, ſcilicet ſemel carnes, duo pulli cuilibet Domino, bis piſces gancviſche* (alibi *duo velchones,*) *bis oua, bis caſeus, duo ciati pro cibo, duo ſtoupi, leibunculus minor, lunulæ & oblatæ* &c. *Leibunculo minori* opponitur *maior*, & *leibo maximus*, qui *Vſualis* quoq. Ibidem; *Sciendum eſt, quod quandocumq. de antiquis ſeruitijs leibo vſualis miniſtratur, illa die non datur rapacium de curia Abbatis*. *Lait* antiquiſſimis Germanorum panis. Gothus Euangeliorum Interpres Matth. VI. *Hlaif vnſarana thanaſinteinau gif vns himmadaga*. h. e panem noſtrum cotidianum da nobis hodie.

Ne venter oneretur) itaque dabatur ad penſum. Benedict. Reg cap. XXXIX. *Panis libra vna propinſa ſufficiat in die, ſiue vna ſit refectio ſiue prandij & cœnæ. quod ſi cænaturi ſunt de eadem libra tertia pars cellerario reſeruetur reddenda cænandis*. Vita Patrum lib. III. de S. Euagrio; *Comedebat libram panis in die, & in tres menſes Italicum olei. nam nihil coctum ſumebat in cibum, nec aliquid de pomis guſtabat*. Lib IV. *Et ambobus æqualiter ad penſum dabant panes, & ad menſuram aquam*.

Cap.

Cap. VI.

EXtremo neceſſitatis cenſu) Metzler. *extrema*. Benedict. Reg. c. VII. gr. VI. *Si omni vilitate vel extremitate contentus ſit Monachus.*

Dubijs ſectatoribus mortem) Superiora huius capitis vſq. huc Trithemius recitat ſerm. ad Monachos.

Neceſſaria vera) Scripſit, *verè neceſſaria.* vel ita ſcribendum fuerat.

Cap. VIII.

VIrgo corpore ſit, & non ſit virgo mente) Baſilius Ammonit. Nihil prodeſt caſtum eſſe corpore, & mente corruptum. Eâ cauſsâ

Mens impudicam facere, non caſus ſolet.
Seneca Hyppolyto.

Cap. IX.

INter vtramq; nimietatem poſitis) Germanus eremita apud Caſſianum Collat. II. c. XVIII. *Quis eſt continentiæ modus, quæ æquo moderamine retinentes inter vtramq nimietatē illæſi trāsire poſsimus?*

Cuius impactio periculi res eſt) Res periculi plena eſt in exceſſum impingere. *Res periculi*, periculoſa, more Ebræorum. Salomo Conſtantienſ. Lexic. *Inpacta, inpulſa.* Varro de Re ruſt. li. III. c. XVI. *Impectantes a ſe eiciunt fucos.* ita vett. lib.

Cap. X.

VTraque, id eſt, bona & mala) Vt hunc locum capias, lege quæ de bonis & malis diſputat Abbas Theodorus apud Caſſianum Collat. VI. c. III. & ſeqq.

Boni depriuatione) Metzler. Cod. *depravatorem.* quod depravatum eſt.

Cap. XII.

MAlitiæ prima) Metz. cod. *malitia prima.*

Cauenda ſunt ſimiliter) Lego, *ſimpliciter.*

Detractio) Metzler. *detrectatio.* cui lectioni iure detrahas. Suprâ cap. IV. *Ne aut detractiones* &c.

Vtique quærentibus) Reſcribo, *quærentis.*

Cap.

Cap. XIII.

Stellam via ducem) In MS. non rectè erat *vice ducis*.

Dicentibus ſæpius) v. c. *ſepijs*. Mens Abbatis; qui dicimus ſæpè & cantillamus Pſalmiſtæ Dauidis verſiculum &c.

Cap. XIIII.

Maxima pars regulæ) Interpretatio ſermonum de Regul: *Regula dicta eò quod rectè ducit*. Dorotheus Abbas; *Cum ſimus omnes peccatores, non debere nos ſemper & in cunctis menti noſtræ credere. obliquam enim regulam, quæ recta eſſent, inflectere & intorquere.*

Ac vnicum illius) Metzler. *hoc vnicum illis dedit & animæ refrigerium.* nihilo melius.

Tota de tantis) v.c. *quantum de tantis*. Locus plenus tenebrarum, an veriùs mendarum. Quid ſi leg. *& quod ad hanc conſ. quantum de tantis?*

Sibi quamuis contraria iubenti) Dorotheus Abbas in Sentent. ait; *ſe de vnaquaq. re libenter conſultare cum proximo, & illius ſententiæ ſuam accommodare, etiamſi contraria & aduerſa videretur.* videndi Benedict. cap. VII. grad. IV. & cap. LXVIII. Baſilius Ammonit.

IN
S. BASILII EPISCOPI
AMMONITIONES
Notæ.

BASILIVS, Cæſareæ Cappadociæ Magnus Epiſcopus, vixit A. N. DO. cccLxx. hoc eſt, ccxLiv. anterior Columbano. Scripſit libros doctos, Deus ! & laborioſos. quorum melior pars Patrum noſtraque memoria a ſitus & tinearum iniuria vindicati. Quia verò complures exſtitere Baſilij, magnoperè conſiderandum venit, an, quod alteris quàm plurimis Patrum malo exemplo euenit, poſteriorum opuſcula Magno vel imperite aut etiam fraudulenter fuerint attributi. Vidimus enim quoſdam, qui continuô, vbi Baſilij nomen lectitaſſent, ad Magnum, (ſicuti Auguſtini, ad Hipponenſem) concurrerent. inde adeò tot infimæ notæ ſcriptores in familiam ac nomen Magni intruſi. qui vtri ſint ſingulos nō eo decretum. vti nec illud volo diſputare, iſte Ammonitionum liber, nothus ſit an legitimus. Equidem cùm libri nihilo meliores inter Magni Baſilij recenſeantur, *Regula Monachorum*, *De inſtitutione puerorum*, *Sermones de militia vita Chriſtiana*, *Exhortatio de renuntiatione vitæ & perfe-*

perfectione ſpiritali, Quomodo monachũ ornari oporteat, De ſcopo exercitatoriæ vitæ, Epiſtola ad quamdam Canonicam, Moralia, Conſtitutiones exercitatoriæ, Admonitio ad adoleſcentes monaſticæ vitæ deditos, Epiſtola ad virginem elapſam, Pœnæ in delinquentes monachos, & id genus nonnulli, cauſſam nemo dicet, cur iſtum abdicemus. Et animos doctorum virorum quæſo, ſi non & grauitate ſententiarum, & præceptorum perſpicuitate multò maximè præpolleat. E Græco tralatum perpetui euincunt helleniſmi. Interpres ſi non Rufinus eſt, qui Regulam fertur tranſtuliſſe, at peruerterem ſcriptorem arguit exemplar, quippe cuius Hartmotus Abbas meminerit in Catalogo. illud & patritâ Schobingeri noſtri bibliothecâ morum humanorum bono eruimus. in qua & Sermonum librum vidimus, multò illum quidem elegantiſſimum, ſed vetuſtatis carie pleriſq. locis exeſum. Scriptus is Græcè apud Græcos in papyro.

AMMONITIONES) MS. cod. IN NOMINE DEI SVMMI INCIPIVNT AMMONITIONES SCI BASILII. LIBER NECESSARIVS. id eſt, τοῦ ἐν ἁγίοις Βασιλείου ἀρχοντίου παραίνεσις.

Ad ſtudium intellegendi ſermonum meorum) Helleniſmus Eccleſiaſticis interpretibus ferè ſeruatus.

Si ergo cupis militare Domino) In manibus omniũ verſatur Chryſoſtomi liber, in quo inſtituit ſimilem Regis & Monachi comparationem.

Quocumq. loco) Excidit ſyllaba, quam repono; *quocumque locorum*.

Dimicando non deſinit) Sic infrà; *Laudando Deo non deficit*. In Vita Patrum lib. II. de S. Paſtore; *Et honorem mibi tam-*

hi tamquam ſerno DEI deferendo non ceſſabunt.

Spiritalia nequitiæ) πνευματικὰ πονηρίας, h.e. ſpiritus nequam. Græciſmus non Latinis inuſitatus.

In Cæleſtibus) ἐν τοῖς οὐρανίοις, propter cæleſtia. ἐν, propter. Columell. *In hoc factum eſt*, pro ob hoc ipſum, εἰς αὐτὸ τοῦτο. Paulus ad Corinth. ep. II. c. II. ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρῳάδα εἰς τὸ εὐαγγέλιον, i.e propter Euangelium. Matth. VI. εἰς τὴν αὔριον, *in craſtinū* pro περὶ τῆς αὔριον, propter craſtinū. quo ſignificatu ב accipitur apud Salomon. Prouerb. XXVI. v. I. Sic Petro ep. I. c. I. V. VI. ἐν ᾧ eſt propter quid, quamobrem, ad inſtar Ebræorum ב pro bachabur. Ioanni Apocalypſ. XIV. V. XIII. ἐν κυρίῳ, propter Dominum, cauſſa Domini, omninò ex Ebræorum idiotiſmo, quibus ב idem ſonat valetq́.

Ne ſepulchra illius) pro illorum, quem Græciſmúm redonandum eſt Ioanni Tzetzi Exegeſi in Heſiodum, vbi vulgatum; Οἱ διὰ τὸ ἄπορον καὶ τὰ χρέα τὴν ἑαυτῶν πατρίδα Κύμην φυγόντες ex MS. noſtro legend. ἑαυτῶν π. Κ. ἀφέντες.

A nobis viſitari debentur) Vtrum vetat? funus exſequi? an pro animabus intercedere ad ſepulchra? an ad buſta epulari, quod dicebant *parentare*? Nam hic mos etiam Chriſtianis fuit, a Gentilibus acceptus. Auguſtinus ſerm. De reſurrect. mortuor. *Cum mortui fuerimus, etiamſi parentes noſtri, aut chari, aut propinqui, afferant ad ſepulchra noſtra epulas, ſibi afferent qui viuunt, non nobis mortuis. Hæc quidem irriſit etiam Scriptura, dicens de quibuſdam bona præſentia non ſentientibus; Tamquam ſi epulas, inquit, mortuo circumponas. Et manifeſtum eſt hæc ad mortuos non pertinere, & conſuetudinem hanc eſſe Paganorum, non venire de propagine illa & vena iuſtitiæ Patrum noſtrorum*

Patriar-

Patriarcharũ, quibus exſequias celebratas legimus, parentatum eſſe non legimus. Et quod obÿciunt quidam de ſcripturis; Frange panem tuum, & effunde vinum tuum ſuper ſepulchra iuſtorum, & ne tradas eum iniuſtis: non eſt quidem iam de hoc differendum, ſed tamen poſſe dico fideles intellegere quod dictum eſt. nam quemadmodum iſta fideles faciant religioſè erga memorias ſuorum, notum eſt fidelibus. Idem de moribus Eccleſ. Catholicæ; *Noui multos eſſe ſepulchrorum & picturarum adoratores: noui multos eſſe, qui luxurioſiſſimè ſuper mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes ſuper ſepultos ſeipſos ſepeliant, & voracitates ebrietateſq. ſuas deputent religioni.* Cyrillus Alexandrin. lib. x. contra Iulian. poſtquam multa diſputaſſet de ſepulchrorum cultu & veneratione martyrum, ſubicit; *Vides leges ipſas, quibus res humanæ bene diriguntur? illæ puniunt iniuſtos, adulteros, raptores, & ſimilibus implicitos criminibus, neq. vllum, qui ad ſepulchra abit vel inuiſit mortuos, videntur dicere ſupplicio dignum.* Epiphanius Conſtantiæ Epiſcopus Ancorato; *Deferentes in monumenta cibos ac potus. in pandemis edulia quidem in totum exurunt, vina verò libant, nihil commodi mortuis ex hoc afferẽtes, imò potius ſe ipſos lædentes* &c. *vbi poſita ſunt corpora defunctorum, accedunt & inclamant nomina proferentes ſepultorum mortuorum; Reſurge, dicunt, tu, comede, & bibe, & lætare.*

Ori mellifluo, quo ſalutari doctrina profluxit) Reſcribo, *ſalutaris. quo,* ᾧ, id eſt, vnde.

Reſpuit hominis fictum) Lego, *omne.* πᾶν πλασματῶδες.

Inuidus opus indigentiæ ac miſeria detin.) Hic locus pro ſano non valet, an *opus indigentiæ* eſt ἔργον τῆς ἐνδείας? h. e.

ἐνδεία

χρεία ἐργώδης, indigentia operoſa, quod poſitum puto pro homine valde indigo. Nam ad eam formam Platoni de LL. *ἔργα λιχνῶν* ſunt *λιχναὶ ἐργώδεις*. ex conſuetudine Ebręorum.

Ne paulatim defluas) Sic infrà; *Qui ſpernit minima paulatim defluit.* Interpres Sapient. I. v. ult. *Et æſtimantes illam amicam defluxerunt.*

Ita qui tangit mulieris carnem) Auguſtini ſententiam eſſe perhibent; *Malum eſt mulierem videre, peius alloqui, peſſimum tangere.* Paphnutius Abbas; *Tutius eſt cum dæmonijs colluctari, quàm iuuenculæ mulieri adhærere; & ab igne offendi, quàm ea tangi.*

Qui diripientes aliena facere ſe elemoſynam ſimulant) Auguſtinus in Pſalm. *Si pauperes videant diuitem crudelem atq. auarum, & ei aliquid velint ſuffurari, vt vel ſibi vel alijs pauperibus ſubueniant, non minuunt peccatum ſed augent.* Gregorius M. epiſt. ad Siagrium; *Minus peccatum committere, vt grauius euitetur, eſt è ſcelere victimas offerre Deo.*

Et peccata tua produc in medium) Temperat Benedictus Regul. c. IV. *Mala ſua præterita cum lacrimis vel gemitu cotidie in oratione Deo confiteri* &c.

Sapienter ſpalle) Noli mutare. eſt methateſis Chriſtianis *βαρβαρίζουσι* non infrequens. Loca autem pleraq. ſunt corrupta. *Spalmodia* ſemel atq. iterum legitur in Viſione Wettini ab Heitone Baſilienſi Epiſcopo perſcripta.

Stomachi franguntur) MS. *fraguntur.* quod nimis eſt *ἀρχαῖον.*

Et ſit confuſio coram omnib.) Emenda *& ſis confuſio, λαϊκῆς σύγχυσις*, id eſt, confundaris ab omnibus. quod quid ſit, dixi ad Valerianum. Immo-

Immoderatus riſus acioſus) ſic infrà; *quantam perniciẽ præparet riſus acioſus.* an *acidioſus?* Interpretatio ſermon. de Regul. *Acidioſus, ocioſus, inſtabilis, triſtis, vagus.* at legend. *riſus ac iocus.* Infrà; *Ne te oblectet puerilis riſus ac iocus.* In Vita Patrum lib. I. *Hinc iam blandiora colloquia, iocus riſuſq; commiſcentur,* Plautus epitaph. apud Gellium; *ioci riſuſq. tacent.* Petron. *Ne nocturnas religiones, iocum riſumq. faciatis.* Græcis γέλων καὶ παίδιαν.

Melitatur) μελετᾷ. quod verbi, quàm hîc, nuſpiam notaui integrum. eſt verò probum, & quod non ambigo quin ſit plurimis locis deprauatum. *Commelitari* dixit Higinus fabul. cap. clxv. vbi Sauaronis *commelodando* non melodum verbum eſt. Papias; *Meditor a melos dicitur, & eſt meditari quaſi meloditari, id eſt modulari dulciter & quibuſdam melodijs decantare.* Ridiculè. veriùs Iſidorus Differentiar. lib. II. *Inter melitari & militare hoc intereſt, quòd melitamur animo, militamus corpore.* ita emendaui verba corruptiſſima ex Differentia Sergij apud Salomonem Conſtantienſ. in Lex. itaq. ſyllabatim in Differenti. ſermonum, cuius penes me exemplar impreſſum Auguſtę A. N. C. 1488. ſub Ciceronis nomine. Hoc plus in libro Differentiarum ordine alphabetico ibidem exopte anno editarum; *Melitamur animo, vt lectionem: Militamur autem corpore, vt exercitium.* Diomedem lib. I. pariter correxi; *Meditor & melitor item differunt, vt putat Plinius; meditari eſſe ſecum cogitare, melitari voce dicere.* quæ verba vulgò conturbata ſunt. quod ſi cum Schoppio noſtro malis; *meditantem eſſe ſecum cogitantem, melitantem cum voce dicentem,* verba erunt ipſius Plinij, quem in Grammaticis commentarios edidiſſe conſtans fama eſt, & alle-

gantur vndiq;. Gregorius Turonenſ. præfat. lib. I. de Vita Patrum; *Nam Plinius auctor in tertio artis Grammaticæ libro ait* &c. Fragmenta aliquot ex Salomonis collegi præſtantiſſimo Lexico, atque adeò Plinij Lexicon vocum medicinalium, vetuſtate & elegantia commendabile, vidimus in monaſterio S. Galli.

Sed lectionum & ſpiritalium cantus) Sententiam turbat particula *&*, ideoq. exterminanda. *Lectiones ſpiritales*, quarum volumen *Lectionarius* in Eccleſia. Lectionarius Gregorij, & Grimoldi Abbatis ab Pamelio editus &c.

Vt magis ampliorem) Græciſ. ὡς μᾶλλον πλέιονα προφέρειν καρπὸν. Vbi μᾶλλον πλεονάζει. res tamē frequētiſſima, & imperitè damnauit Thomas Magiſter. Iſę?; πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον. Philo de Mundo; ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον. Matth. VI. v. XXVI. *magis pluris*. & c. XII. v. XII. *magis melior*. & Marc. v. V. XXVI. *magis deterius*. Exempla numquam non occurrunt, & imitati ſunt Latini.

Tamen cordis eius ex ſubſeq.) Opinor, aliquid elapſum eſt, vel legend. *cor eius*.

Et inpalam omnibus ven.) Græciſ. ἐς τὸ φανερὸν. Papias; *In palā, in aperto*. Ebręis trita figura. *In cominus* III. Reg. XX. & II. Maccab. VIII. alibi *In corā, inſimul, inante, in foris* &c.

Ne velis iraſci) In MS. erat, *ne velles iraſci*. an leg. *ne velle? Vellere*, pro velle. In libro Differentiarum Incerti; *Inter Vellere & Studere: vellere eſt, quod leuiter volumus; ſtudemus valde, vnde & litterarum ſtudia ſunt dicta.* Eadem terminatio legitur apud Salomonem Lexic. Sic *Eſſere* pro eſſe. Inſcriptio Romana; QVIA. COD. ESTIS. FVI. ET. QVOD. SVM ESSERE. ABETIS. apud Gruterum noſtrum Pag. cIↄLXII. Itali retinent.

Donec

Donec vigeat ætas &c.) Sententia aureis litteris inſcribenda, quam ſic expreſſit Sirach. Eccleſiaſt. cap. v. *Ne tardes conuerti ad Deum, neq differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ diſperdet te.* Auguſtinus Homil. XIII. *Promiſit enim tibi, quoniam quo die conuerſus fueris, obliuiſcitur mala tua præterita: ſed numquam vitam craſtini diei promiſit tibi.* Idem tractat. XXXIII. in Ioann. *Manſuetus Dominus, longanimis Dominus, miſericors Dominus; ſed & iuſtus Dominus, & verax Dominus, largitur tibi ſpatium correctionis, ſed tu plus amas dilationem quàm emendationem. Malus fuiſti heri, hodie bonus eſto, & hodiernum diem in malitia peregiſti, vel cras mutare. ſemper exſpectas, & de miſericordia Dei tibi plurimùm polliceris; quaſi ille, qui tibi per patientiam promiſit indulgentiam, promiſerit tibi etiam prolixiorem vitam. vnde ſcis quid pariat craſtinus dies? Rectè dicis in corde tuo; quando me correxero, Deus mihi omnia peccata mea dimittet. negare non poſſumus, quòd correctis atque conuerſis indulgentiã Deus promiſit. nam in quo Propheta mihi legis, quia promiſit correcto indulgentiam, nõ mihi legis, quia promiſit tibi DEVS longam vitam.* Memini eamdem ſententiam in hæc verba legere apud eumdem; *Cras conuertar, & erit finis. Cuius rei erit finis? peccatorum meorum. gaudeo quia cras peccatorum tuorum erit finis. Sed cur cras, & non hodie? nam qui tibi indulgentiam promiſit, craſtinum diem non promiſit.* Cum quibus congruens eſt elegantiſſimum Martialis, Poetæ gentilis, diſtichon;

Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere; Viuam:
Sera nimis vita craſtina, viue hodie.

lib. II. Epigram.

Nec faciem truculentem tortorum) *Truculens* eâ formâ ſicut *opulens*, *virulens*, id genus alia. Ekkchardus in Caſibus Monaſterij S. Galli; *Homines truculentes & barbari.* Salomo Lex. *Truculens*, *immanis*, *ferox*, *inhumanus*, *truci vultu.*

Mulierum lupanarium) γυναικῶν χαμαιτυπικῶν. Ambroſius; *Cum meretricibus ſcortaberis in contubernio lupanari.* Apuleio, *infamia lupanaris*. *Lupa*, χαμαιτύπη. *Lupanar* ſeu *Lupanarium*, χαμαιτυπεῖον Polluci. *Lupari*, πορνεύειν. vſi eo Turpilius ac Lucilius, Poetæ veteres.

Pro ſuis actib. recip. merita) bona mala, præmia & pœnas. eſt enim vox μέσα. Sedulius Collatione vet. & nou. teſt.

Vnius ob meritum cuncti periere minores,
Saluantur cuncti vnius ob meritum.

Oreſius Abb. de ſex cogitat. ſanctor. cap. v. *Eò quòd ſciunt quòd meritis omnia mala ſuſtinent.*

I N

IN

ANNEI BOETHII LIBRVM

DE MORIBVS

Notæ.

FVit iſte titulus in vetuſto Henr. Stephani, typographi pereruditi, codice; INCIP. ANNEI BOETII LIBER DE MORIBVS PER SENTENTIAS. Liber notæ haut improbæ, vndeq. plurima loca reſtituta. Ceterùm ſi titulus eſt depravatus, & ſi legendũ, ANITII BOETII, aliorum eſto arbitrari, mihi non liquet tamen, ſi mentẽ meam acriùs ſollicites, dicam ſine dolo, nõ videri. Altior illi ſpiritus, quàm ad iſta declinaretur; ditior, quàm alienum cibum in ſuccum & ſanguinem ſuũ verteret: Et tamen reperti ſunt homines perfrictâ fronte, qui *De diſciplina ſcholarium*, & ſimiles librorum quiſquilias ei adſcriberent. teſtem laudant neſcio quem Thomam Aquinatem interpretem. nam vt diuinus ille Thomas hæc commenta ſcripſerit? non, non. nec item illa in Cõſolationem Philoſophiæ. quorum vtriuſq. Ioannes Gerſon auctor, Cancellarius Pariſienſis, meo quidem iudicio. Etenim, quod dici ſolet, nec lac lacti aut ouum ouo

magis ſimile, atq. iſthac ſunt commenta illis in Flori Floretum. atqui hæc eſſe Gerſonis, indubitatæ apud plurimos fidei. Porrò noſter BOETIVS homo de ſcholâ vel Eccleſiâ fuit, ſententiarum, quales pleræq. illæ apiculæ, diligens ac ſtudioſus. Cuimodi libellus eſt, qui *Prouerbia Senecæ* inſcribitur, in quem pleraq. omnia e Boetio tranſcripta ab ſcholaſtico Chriſtiano. pariter ille Martini Dumienſis Antiſtitis, & qui penes nos eſt, Fabiani Epiſcopi Sententiarum liber, quarum maximam partem è Seneca, paucilla quædam aliunde compilauit.

Expecta quod numq. pœnit.) Torneſ. *quo.* pœnitet me vtriuſq. lectionis. Scribo, *expete.* quàm hæc verba inuicem migrarint, doctus ſcio. Eſt autem Periandri ſententia apud Demetrium; *Ea facito, quorum non poßit pœnitere.*

Mors iuncta prauen.) In Prouerb. Senecæ, *mors incerta.* Columbanus epiſt. II. *Differentibus vitam mors incerta ſubripit.* verùm *mors iuncta* Senecæ *ad latus mors eſt,* epiſt. cx. lib. XVII. ad Lucil.

Amicos ſecretò ammone, pal.) Iambus Publianus;

Secretè amicos admone, lauda palam.

Auſonius in Solonis ſentent.

Clàm coarguas propinquum, palàm laudaueris.

Ridiculum eſt aliquem) Trochaicus inter Publij mimos;

Ridiculum eſt odio nocentis perdere innocentiam.

Non pu-

Non pudeat te f. naſci q. viu.) ita MS. errat, qui mutat. & qui ſignum interrogationis appoſuit, is verò ſententiam non cepit. Omnem tibi errorem Gruterus noſter diſſoluet in eo, quem contra Gothofredum Dionyſium inſtituit, libello.

Seruandus eſt ergò) Eraſmus ſententiam, tamquam gloſſema ſapientem, exturbat, meis & vet. libri ingratijs, at illa verba, *Eſt enim alter ego*, vet. lib. non agnoſcit.

Rarò inuentus amicus) Scribo, *rarus inuentu*. Gloſſ. vett. σπάνιος, *deſiderabilis, rarus inuentu.* Amicus inuentu rarus, qui non vbiq. nec ſemper reperitur, eaq. re in pretio, vt gemma, ponendus.

Quid ſis inter. non q. habeas) Vulgatis libris mendum obrepſerat, quod ope MS[t]. deterſimus. quia Vet. Ed. *Quid intereſt quod non habeas?* Eraſmiana & deincipes; *Quid ſis intereſt, quid non habeas.* In Prouerb. *Quis ſis intereſt, non quis habearis.* Noſtra nobis lectio commodiſſima. Non refert quàm diues ſis, ſed quàm bonus.

Ne quis merito te oderit) Iambus Publianus;

Id agas, ne quis tuopſe te merito oderit.

itaq. MSS. *merito tuo te od.* & vet. ed.

Etſi nullos inim. ti. facies, iniur.) Tornæſ. *facies iniuria, multos facit inuidia.* ſi ex vet. lib. probe. at cum illâ lectione faciunt Prouerbia, in queis legitur; *Quamuis agas id, vt ne quis merito tuo te oderit, erunt tamen qui ſemper oderint.*

Optimus

Optimus ergò animus) *Ergo* pro enim. Sic *igitur*. Plautus Moſtell.

Surge dum huc; eſt conſulere igitur quoddam
quod tecum volo.

Valerianus de bon. diſcipl. *Quid igitur eſſet caſtum* &c. *niſi furorem animorum diſciplina compeſceret.*

Stultum eſt timere) Mimus Publianus.

Niſi magno animo deſpicias) Aut vehementer animi fallor, aut ſenſu carent iſta. Legendum puto; *niſi animus magna deſpiciens.* itaq. excuſum video in Prouerb. *Nihil magnum eſt in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciens.*

Amicos ſec. res par.) Trochaicus Publianus ſic a magno Scaligero conſtitutus;

Ipſæ amicos res opimæ pariunt, aduerſæ probant.

Mira ratio eſt) Eſt forte vt legatur, *miſera.* nam verè miſera ratio, quæ non patitur in ſe inquiri. Alibi Seneca; *Miſera innocentia eſt, ad legem bonum eſſe.*

Ignoſci amat) Quid ſibi velint iſta verba, haut temerè dixerim. Vet. ed. aliam lectionem, alium ſenſum nuntiat. quid ſi veriora hæc ſint? *Agnoſci amat, qui, quod agit, oſtendit.*

Et ſpes præmij) Iambus Publianus;

Spes præmij laboris eſt ſolatium.

Qui a mult. timetur) Iſte verò Laberianus apud Macrobium;

Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.

In Pro-

In Prouerbijs; *Multos timere debet, quem multi timent.*

Infelicitatem erige) Tornæſ. *infelicem erige*, non infeliciter, ſi vett. libb. auctoritas adſtipularetur.

Amare ſic incipe) MS. *Talem diligentiam exhibe in amicitijs tuis comparandis, ne incipias amare, quem deinceps poſſis odire.* Sententiam; qui Prouerbia Senecæ in eum ordinem corruit, vnius uoculæ immutatione totam inuertit. Legit enim; *vt incipias amare, quem d. p. odiſſe.* opinor ex illo Publij; *Ita habeas amicum, poſſe ut fieri inimicum putes.* Illa ſcriptura pura puta Senecæ. *Odire* verbum probum, & quod ego nimiſquam lubenter Publio redonem, illo mimo;

Etiam qui faciunt odio habent iniuriam.

vbi, quantum videre fuit veterum, editiones; *odiunt iniuriam*, vt ſit acatalecticus. Antonius epiſt. ad Hirtium; *Nec deſerere partes, quas Pompeius odiuit.* Valerianus Cimelenſ. de bon. diſcipl. *Odio colloquium mulieris.* videndus Feſtus in *oſi ſunt*, Eutyches lib. II. P. Conſentius, Sergius, Honoratus in Artibus.

Incommodo alterius) Legendum diſpeſſis vocibus, *in commodo alt.* notat inuidiam.

Homo ſemper indigens pecunia) Vet. edit. *irritat: ideò ſemper indiges. Pecunia ſi tibi eſt, cui ius vſura morbi. mihi crede* &c. quæ non ſunt ſaniora: ſed ad ſanitatem, ſi alia Boetio fingatur mens, atq. Senecę, perducere poſſunt. Faciebat Cuiacius; *Pecunia ſi tibi, cui ius vſura, morbus eſt. mihi crede, non potes diues eſſe & felix.* χιασμὸς λικτὰ τὸν τοῦ χ. γειχάντίνων *Pecunia* ╲╱ *Infelix* / *Morbus* ╱╲ *Diues.* In ſcidis aduerſarijs, quas apud Verderium vidimus.

Alter ſemper iraſcitur) Quomodo *vnus dies*, ſi *ſemper*? Corrigo, *ſemel iraſc.* aperto ſenſu. Horat. lib. I. epiſt. ad Lollium; *Ira furor breuis eſt.*—Alibi Seneca adſerit, iram ſpeciem eſſe furoris minimi. Philemo; Μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζώμεθα. Apollonius Macedo; Τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄχθος μανία. vide Cic. lib. III. Tuſc. quæſt.

Si aliquid cogitaueris, citò appareb.) Atqui occultas hominum cogitationes nemo inſpicit. igitur vel *cogitare* quodam cum effectu accipiendum, Græcorum & Ebræorum more, aut legend. *cœperis*, quod magis eſt. Iſocrates ad Demon: Ἅπαντα δόκει ποιεῖν, ὡς μηδένα λήσων· καὶ γὰρ ἂν παραυτίκα κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσῃ.

Memoria ben. facilis) Erratum facile ac procliue. Scribo, *labilis*, cui opponitur *tenax*.

Scelus ſcelere vindicandum eſt) Probo ſenſu. aliter tamē Tornæſius, *vincendum eſt.* nempe ne ſceleribus cum quiquā concertemus. Et ſunt inter vitioſos quoq. æmulationes. Germani audent ebrietate, Itali libidine, Galli levitate, &c. alij alios prouocare.

Nobilitas gloriabitur effecta) MS. *affecta*, quod & Eraſmus annotauit. ſunt *affecta*, affectiones nobilium erga Dominos. qui ſi ſunt indigni & miſerabiles, puta vitijs ac ſceleribus dediti, quo iure officium ſuum gloriabuntur nobiles? Noſtra tempora vide. quid ſolemnius nobilibus, quàm affecta proſtituere?

Fugienda ſunt) Leg. *Fuganda*, vt in fine Excerptorum Agellianorum & Valerianorum, quæ penes nos ſunt, ſcriptum eſt. atq. tribuitur Pythagoræ Samio, in cuius notabilibus dictis rencenſuit Auctor quoq libri De vita & moribus Philoſophorum, cap. XVII.

Dixit

Dixit quidam) Pythagoras Samius, cuius *χρυσᾶ ἔπη* in manibus puerorum. *Symbola* collegit Laertius, quæ redduntur *Aenigmata* in laudatis à me Excerptis, & dicto libro De vita & morib. Philoſophor.

Maximè habendam curam) Lego ex fide Excerptorum & dicto libro; *Maximè habendam curam mane & veſperi, eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſerimus.* vide Laertium, Hieroclem in Pythag. Auctorem carminis De bono viro, Ciceron in Catone Maior.

Poſt Deum veritatem colendam) Vide ſi melior eſt ſcripta lectio; *Poſt Deum colendam veritatem, quæ ſola homines propinquos Deo facit*, mihi non improbatur.

EXPLICIVNT.

DAVIDIS B. F. D. N. B. P. SCHOBINGERI

VARIANTES IN BOETIUM LECTIONES.

TOlle excuſat.) in Prouerbijs Senecæ, quorum quattuor habuimus exemplaria, omnium qui ſunt qui fuerunt cuſa, vetuſtiſſima, legitur *omitte* pro *tolle.*

Inimiciſsimum ? homo) in Prou. *alter homo.* ſed ſuperfluè.

Libenter feras) Prouerb. *Viriliter feras.* quod non damno, nam neceſſitudo quærit virum.

In hoc tantùm incumbe) Prouerb. & vett. edd. *Tamen in hoc inc.*

Multos vitam different.) Prou. pro *multos* habent *omnes.*

vltimus iudicetur) Prou. ordinetur vet. ed. *intueatur.*

æſtimanda ſunt) Prou. *accipienda.* al. *extimanda.*

Si tibi non imperaſti) Prouerb. *quia non poteris ab alio ſilentium exigere, ſi tibi ipſe non præſtas. Tibi ipſe*, ſicut pauló prius in hiſdem Prouerb. *Si tibi ipſe, quod oportet, perſuaſeris.*

Auaritia ſenilis) Prouerb. *auaritia vnica.* vet. ed. *auaritia ſcelus*, quæ ſcriptura eſt ſceleſti librarij.

Quærere)

Quærere) vetuſtiſſ.ed. *augere*. al. *quærere vel augere*. alterum eſt ex gloſſa.

Turba non deriſerit) Prou. *nondum deridet*. Puto & hoc ex gloſſa irrepſiſſe: quia *non* notat nondum.

Contemnère & contemni) Prou. delent illa verba, *contemnere &*. Vet. ed. *Contendere noli*. quod contemnendum eſt.

Inim. tibi facies) vet. ed. *faciet*. al. *facias*.

Cognat. dilectionem) vett. edd. *indulgentiam*. quod ineptè abſurdum.

Nihil petes) Prou. *petas*. & ſic o. edd. quà veteres quà recentes.

Negaturus fuiſti) Prou. vtrimq. legunt *es* pro *fuiſti*.

Vitare non potes) vet. ed. *poteris*. al. *poſſis*, vt Fabianus MS. Goldaſti noſtri, itemq. Magnus in Sophologio.

Malè opinentur) P. *opinantur*, vet. edd. *obtuentur*. malè, vt opinor.

Innocentia mea) vet. ed. *innocentiæ meæ*. Non abſimilis ſententia Epicteti cap. xlviii. Enchirid.

Vbicumq. bene es) Prou. *bene vixeris*. ſed *eſſe* notat viuere.

Diſſenſio) vett. edd. *diſſentio*. antiquariè.

Propterea te loquax) vett. edd. *Itaq. te minus loquax inimicus offendit, quàm tacitus*. Prouerb. *propt. te loq. inimicus tutiorem, quàm taciturnus, oſtendit*. Prior lectio verior videtur. *Tacitus* interdum idem ſignificat, quod taciturnus.

Et ſpes præmij) Prou. *Ex ſpe præ*.

Infelicitatem erige) Prou. *In felicitate ſe erigere, eſt felicitatem ſubmittere*.

Vera fel. innoc.) Prou. *Infelice felicitas eſt innocentia.* vett edd. *infelicis innocentia.*

ſimultates dep.) vet. ed. *Vanitates ſimiliter dep.* quam lectionem rectè viri docti iam pridem depoſuere.

malis miſcetur) q. v. ed. *immiſcetur.* Theoginis verſ. 35. ἢν δὲ κακοῖσι συμμιχθῇς &c.

Fortior eſt qui cupidit.) Prouerb. *Putandus eſt rectè fortior, qui cupiditates tamquam hoſtes ſubicit.* Priora non ſunt nauci. hæc ita legi poſſunt; *qui cupiditates, quam qui hoſtes ſubigit.* nihil tamen muto apud Boetium.

quem ſenectus ad otium) vet. ed. *qui ſenectutē ad ocium, quàm in ocium & tunc* &c. mendum otioſi exſcriptoris.

ſecundarum rerum) vet. ed. *ſecularium rerum.*

multis diues eris) fortaſſis legendū eſt, *nullis.* vett. edd. ſunt vnâ voculâ auctiores, *cum multis* omninò quid ſibi velit iſte locus, fateor me non intellegere.

Boni iudicis eſt) Prouerb. *Bonus iudex eſt, qui nouit diſp. quod dandum eſt, & quatenus. Bona iuſtitia proxima eſt ſeueritas.* vett. edd. *Boni iudicis eſt diſp. non tant. quod dam. ſit, ſed quia proximus iuſt.*

quietiſſimā vitam agerent) Prou. *quietiſſimè viuerent.*

timendus eſt) Prov. *timidus eſt.*

amici beneficiis) vet. ed. *Amici magis ſentiant beneficia quàm iniurias.*

inſtruxeris, pud. deter. fac.) Prov. *inſtitueris p. te fieri deteriorem.*

erit diuturnum) vet. ed. *quid perſ. erit dierum.* fort. *dierum* poſitum eſt pro diurnum, h. e. diuturnum. aut profectò reſcribi debet *diurnum*, Sic ſuprà *tacitus* pro taciturnus poſitum admonui.

qui-

qui malis parcit) Prov. *quiſquis pepercerit malis.*

Multi cum aliis) vet. ed. *Pleriq. cum ſtultis maledicunt, ipſi ſibi convicium faciunt.*

perturpe eſt, quod ob.) vet. ed. *Nihil turpius, quàm qui obicit alteri, ſibi obiciendum.* al. *quod ſibi obijc.*

rege linguam) vet. ed. *redige l.*

& libidinum) Prov. *libidinis.*

pudor per verba) Prov. addunt vocem; *pudor rerum per verba.* errore pudendo.

meritò damnari poena) Prov. *merito poena damnata eſt: damnatio immerito eſt damnari.* quæ lectio meritò damnata expunctionis poenâ.

Memoria ben. facilis eſt) Prov. *fragilis.* optimè & veriſſimè.

quoties ſcribens) vet. ed. *quo cum ſcr.*

Qui in ſervos iraſcitur) Prov. *Qui ſervus crudelis eſt, oſtendit in aliis voluntatem non deeſſe, ſed poteſtatem.*

neſcit) vet. ed. *neſcit & loqui.*

cito fugere) vet. ed. *cito effugere*, in al. deeſt τὸ *cito*, poniturq. ſolum illud *effugere.*

amicos capit) Prov. *recipit amicos.*

intentio animum) vet. ed. *intentio nimium frangit animum rem.* mendosè.

Regnantibus peius) Prov. *Regibus p. multò, quàm ſeruientibus: quia illi ſingulos, iſti vniuerſos timent.*

gloriabatur interfector.) q. l. *gloriabitur.* meo quidem animo perperàm.

FINIS.

TYROLIS REGIS SCOTORVM,

VVINSBEKII EQVITIS GERMANI,

VVINSBEKIAE NOBILIS FEMINAE GERMANAE

PARAENESES
ad Filios

ab hinc annos CCCCtos, & quod excurrit, ſcriptæ linguâ Theutonicâ

Ex Bibliothecâ Bartholemæi Schobingeri IC.

k

V. NOB. & INLVSTRI

IOANNI A SCHELLENBERG, HYFFINGAE, STOVPHÆ, RANDECCIÆ &c. DOMINO, S. C. MAIESTATIS Conſiliario,

MELCHIOR HAIMINSFELDIVS GOLDASTVS S. D.

Ob mich dú minne niht erlat
si welle twingen mir den ſin wirs dann zúhte wol an ſtat
Vil lieb ú müter ſo ger ich
ob du die volge ſehſt an mir, das du mit runen mideſt mich.

25. *ich wil din, Tohter, hüten niht* DIE MVTER.
Din ſteter müt din hüten müs
Ob dir von minnen kraft geſchiht
Das dir ze walde ſtat der füs

Das ſchaſſe dir din ſtete bůs
Mac ſi ir kreften angeſigen ſo dieneſt du der werden grůs
Dú hůte prúfet dike ſchaden
Swer hútet anders danne er ſol, der wil zchus vnere laden.

26. Ein reine wib in tugende wert
Dú wol ir eren húten kan
Vnd niht van ſteter trúwen gert
Die ſol man ſelbe húten lan
Man ſol die hůte heben han
An einen wibe tum ber ſitte, dú niht ir ſelben eren gan.
VVan mac ir ein dinc vnderſehen
Da ſi ir friheit tribet. zů das furbas niemer kan geſchehen.

27. Dú hůte iſt niht ein ſwerer pin
Da frúnt wil minnen friúndes rat,
Tůt er es mit dem herzen ſchin
So iſt das ein ſwachú miſſetat
Vrber die an ſin ere gat
So hat der hůter gůten můt ob im dú volge bigeſtat.

Sól

Sol wiſer rat der volge enbern
Der alſo frúnde hûten ſol der zampte likter einen bern.

28. Dú hûte iſt wibes eren gram
Swa ſi vf kranken wan geſchiht
Ir ende gût ich nie vernam
Betwungen lieb iſt gar ein wiht
VVan ſi git hohes mûtes niht
Dú liebe ſol von herzen komen, und haben mit ſteter trúwen pflibt
Vf alle verluſt vnd vf gewin
Die ander liebe ſlipfic ſint, alſam ein ie da her da hin.

29. Nu laſſen wir die hûte varn
Vnd ſprechen von der minne me
Maht du dich vor ir kraft bewarn
Als du mir haſt veriehen ê
Swem danne ein ſchappel ſchoner ſte
Min kint danne dir, das dine tû da man die werden ſchowen ge
Das laſſe ich iemer ane has
Es mac ein wib wol ſchôner ſin enkeinú lebt in zúhten bas.

DIE TOHTER.

30 Du lobeſt mich lieb ú Mûter min
Alſam ir kint ein mûter ſol
Ich lige dir in dem herzen din
Vnd tûn dir in den ŏgen wol
Min trúwe iſt ŏch gegen dir niht hol
Du biſt mir lieber danne min lip, der liebe iſt gar min herze vol
Nu ſage mir ob dú Minne lebe
Vnd hie bi vns vf erde ſi, ald ob vns in den lúften ſwebe.

DIE MVTER.

31. Ein wiſer man Ovidius
Der tût vns wunder von ir kunt
Er giht ſi ſi genant Venus
Si mache ſúſſe herzen wunt
Vnd nach ir willen wider geſunt
Dú ſelben aber wider ſiech, das iſt ir wehſel alle ſtunt
Ir willen niht endringen mac
Si vert vnſihtic als ein geiſt, ſi en hat niht rûwe naht noch tac.

32. Sint ellú herzen in ir gebot.
Der eren ich ir niht engan.

Er giht

Er werdent liehtú ŏgen rot
ſuln hohe gern die nidern man
Von den kein ere werden kan
Vnd ſuln die hohen nider gern, der Got ſich wunderlich verſan
Der ir gewalt ſo witen was
Die hohen ſolten hohe gern, die nidern nider, das ſtúnde bas.

33. Dú hohe edel minne wert
Dú wirbet ſunder wan niht ſo
Wan ſi niht wan der herze gert
Die ſi mit zuhten vindet fro
Dú zúhet ſi mit ir ſo ho,
Das ſi verſmahent ſwachen můt, ſi lat des niht durh fúrſten dro
Si ſlies ein herze ins andergar
Die nach ir willen ir behagent, der nidern nimt ſi keine war.

34. Fúr war, ſi tete mir gewalt DIE TOHTER.
Ob ſi betwunge mir den ſin
Das mir min herze wurde balt

Vf miner ſelden vngewin
Vnd wider minen mût dahin
Da von min ere wurde kranc, des ich noch her erlaſſen bin
VVil es dú minne niht enberǹ
So twinge nach ir eren mich, des mûs ich vf genade gern.

35. Ich wil dir lieb ú mûter me
Von werder minne tugende ſagen
VVie es vmb ir geleſſe ſte
Si mac ein herze niht getragen
Das mit vntugenden iſt verſlagen
Da wil ſi ane zwivel niht benahten innen noch betagen
Es mûs gereinet innen ſin
E das ſi vſſen klopfe dran, iſt es alſo, ſi ſitzet drin.

36. Ich han gehöret vnd geſehen
Swie gar der iare ein kint ich ſi
Das etlich heinlich iſt geſchehen
Da ein halp was niht eren bi
Ir mugent öch noch geſchehen dri

Iſt da

iſt da dú minne ſchuldic an, ſo ſi eht miner trúwen
fri
si ſol niht laſſen hohe gern
Ein nider herze tugende kranc, und gern den hohen nie-
der gewern.

37. Der fúrwitz machet kranken mût
Da iſt die minne unſchuldig an
Swer ſinen reht unrehte tût
Der eren niht gehûten kan
Ein iegeslich man im ſelben gan
Er ſûchet ob er vinden mac, das iſt behendeklich
getan
Der alſo gôches fúre pfligt
Da zúhet ſich dú minne von, wan ſi dú herze in tu-
gende wigt.

38. Hat minne ſo gelopte ſitte
Als mir din munt veriehen hat
Das ich da lange widerſtritte
Das were an mir ein miſſetat
Sit das ir hof in eren ſtat
Sol wolt ich din geſinde ſin, were es din helfe und ôch
din rat

Ob ſi mich in ir ſchůle neme
So lere mich ir regel ſo, das es mir wol an eren zeme.

DIE MVTER.

39. Du haſt dich ſinneklich bedaht
Der ſelikeit ich dir wol gan
Ob du der rede vnlgen maht
Mit werken das iſt gůt getan
Der minne regel ich vil wol kan
Die wil ich alle leren dich vnd hebe alſo zem erſten an
Ein wib dú lobes vnd eren ſi
Dú nide ein ander drumbe niht, dú ŏch ſi miſſewende fri.

VIDENTVR MVLTA DESIDERARI.

MEL-

y Googl

MELCHIORIS HAI-
MINSFELDI GOLDASTI
Animaduerſiones

ad

V. INL.

IOHANNEM à SCHELLENBERG
&c. S. CÆS. MAIESTATIS
CONSILIARIVM.

GOLDASTVS LECTORI SVO S.

Vides pleroſq. peregrarum linguarum antiquitates ſummo cum ſtudio atq; impendijs omnibus perueſtigare, nec ullum Bibliothecarum angulum, dum quid ab inſtituto reperiant inexploratum habere; at qui maiorum monumenta pari induſtriâ indagaret, uidiſti, opinor, neminem. Quod te mirari ego non miror, cũ nec bonitate illa, nec uerò etiam antiquitate ulli earum temerè concedant. Etenim quamuis priſci illi Germani ab eloquentiâ, ceu peſte quâdam Reipub. morumq. ſimplicitati inimicâ, perpetuò abhorruerint, tamen rerum cognitione naturalium excelluiſſe, & eius item Philoſophiæ partis, quæ de moribus inſtituit, peritos, pronum atq; in promptu eſt, ſi opus ſit, argumentis edocere. Et homi-

nes ſunt perfrictæ frontis, in maioreſq. noſtros inſigniter iniurij, qui extremæ incuſare barbariei, & feritatis fingere crimen non uerentur. Tolle enim ſermonis horriditatem, quid, amabo, in illis umquam fuit, quod iure atque merito debeant in repræhenſionem adducere? Et illo ipſo ſermone, quem tantoperè auerſantur, nonne libros ſcripſere de officijs iudicum, de conuerſatione ciuili, de re militari? At res hæc fuit non extremùm barbaræ, ſed gentis tum politioris. Demus eſſe, quod Tacitus reliquit, apud Germanos æuo ſuo nulla litterarum monumenta fuiſſe: ſint item ab Trithemio conficti, quos commenticius ille *Hunibaldus* ſcriptores commemorat: uerum tamen ex eodem Tacito conſtat, carminibus celebraſſe maiorum geſta, quæ adhuc ſuperſtitiſſe Caroli M. ætate Einhardus auctor eſt: & in Germaniæ bibliothecis reperiri, Auentinus. Imperiti autem, imò ridiculi, quicumque exiſtimant, breuiculas fuiſſe cantandi formas, ad inſtar nunc uulgi cantilenarum: hercle non magis quàm uel Homeri poemata an Virgilij. Cuimodi ſunt, quæ ſola ex mediâ antiquitate circumferuntur, carmina de *Otnite Langobardo*, de *VVolufitheodoricho Græco*, de *Gibicho Vangione*, de *Laurino*, de *Theodorico Veronenſi*, de *Hiltibrando* Gottho, de *Si*

de *Sigifrido Agrippinenſi* cognomento *Corneo*, de *Eckio*, de *Eckardo Alſato*, de *Erneſto Auſtrio* an *Bauaro*, alia quæ necdum in manus noſtras peruenere. Figmenta hæc quidem ſunt; præter quæ tamen nulla apud maiores noſtros rerum geſtarum monumenta. quorum primos auctores libenter Druidas dixerim ſacerdotes, qui quò uiderētur præter uulgus ſapere, & ſoli abdita reſcire, hiſtoriarum ueritatem conſutis inuoluerunt fabulis. Præclarius illorum iuſtitutum, quos *Vuittodios* & *Grauiones*, hoc eſt, ſapientes ac prudentes, ab ætate appellarunt: unde & *Senatores* Latinis dicti. erant homines illuſtres, potentes, magnæ apud maiores auctoritatis: quippi penes quos erat leges condere, conſulere Reipub., cenſere uitam ac mores. quorum ex numero, qui in ueteri legum Germanicarum memorantur uolumine. a queis præcepta fuere contradita atque præſcripta de rebus moralibus, ciuilibus, ac domeſticis. Et hæc quidem, antequàm Chriſto nomen dederunt. Nam poſteà, qui cultiores paulò, Latinis litteris in ſcribendo uſi. nec ideò patria lingua inſuperhabita, quin Chriſtianorum ſcripta ante hos cIↄ cc. annos Germania uiderit, legerit. Fidem Vulcanij appello, ſi, quæ uulgauit

Theutonum ac Gotthorum fragmenta, æui poſterioris ſunt. *VVileramus*, quem in lucem produxit P. Merula, cIↄ. præter propter annos æquare fertur. *Rabanus Maurus, Otfrydus VViſſenburg., VValafridus Strabus*, ut alios nunc ponam ad compendium, abhinc Iↄ ccc. annos ſcriptis ſuis claruerunt. Igitur exploſione digniores, quàm fide, ſunt, qui Carolum M. conſtituūt ſcripturæ Theutoniæ dædalum: qui quidem nihilo magis fuit, quàm Graię Alexander M., Romanæ Iul. Cæſar, quos ille æmulatus eſt. Quod cum ita ſit, & tanta auctorum noſtrorum uetuſtas, cur non par eadem, quæ ceteris, reuerentia præbeatur? Cur non adæquè perquiramus, eruamus, edamus in dias luminis oras? Præſertim quum nemo feudorum conſuetudines ritè recteq. interpretari, nemo hiſtoricos mediæ ætatis, nemo officiorū & dignitatum nomina poſſit abſq. illorum cognoſcere ſcriptis. rem olim auctorem dabimus. nunc ſpecimen eius rei in animaduerſionibus iſtis ſpecitur. Quis uſq. docuit, aut percepit ſaltim, quid eſſet *Rex* priſcis Germanis, quid *grauio, baro, diæta, gerra, chorta, boba*, alia quæ à nobis obiter explicantur? Non ego priùs maiorum noſtrorum mores, ritus domi belliq., diſciplinam, uictum & amictum cognita habui, quàm me ad legendum

gendum eorum libros contuli. Qua de re aliàs. nũc hos ſcriptores in anteceſſum damus, exotico, h. e. Latino habitu ornatos. factum multi erunt qui ſugillaturi ſint. Sed quo iure, mi ciuis, & tu peregrine? utriſq. enim ſcribimus: illi, ut deſiſtat tandem aliquando proximorum incurioſus longinqua petere: huic ut addiſcat noſtra iuxtim, ac aliorum magnificare. Dicite, ſodes, ſi Tyrol an VVinsbekius Latino carmine ceciniſſet, putatisné pauciores interpretes, quàm Guntherum, Petrum Bleſenſem, Alanum, alios eiuſdem æui, reperturum fuiſſe? Atqui Germanis ſirempſe legem uoluit eſſe Deus, quaſi Græci uel Latini ſcriptitaſſent. Tu, qui heri & hodie apud Ebræos, Græcos, Arabas naſcuntur libri, protinus Latinâ ueſte induis, notas, illuſtras, emendas, mihi uitio uertes, ſi patrijs ſcriptorib⁹ idẽ ſtudiũ impertiar? qui nec ætate poſteriores ſunt, nec doctrinâ inferiores, nec fructu infoecundiores. Tenes inſtituti, quarum præmonendus eras, rationes. Perpende, Lector, quiſquis es, aut cuiatis es, & coeptis noſtris faue.

ANIMADVERSIONES IN TYROLIS SCOTORVM REGIS Paræneſes AD *FRIDEBRANDVM FILIVM.*

TYROLIS Scotorum Regis, eoq; gnati FRIDEBRANDI, præterquam hoc libro, nulla, quod ſciam, alia mentio, nec in Boethij, vel Buchanani, aut etiam Ionſtoni, quas de Scotorum Regibus ordine inſtituere, hiſtorijs. Tamen vt ficta non habeam nomina, adducor reliquorum Principum, qui adiuncti, carminibus, *Heinrici Imperatoris, Chuonradi Regis Romanorum, VVenceslai Bohemorum, Heinrici Ducis Vratislauiēſis, Ottonis Marchionis Brandenburgenſ., Heinrici Marchionis Miſniæ, N. Ducis Aſcaniæ, Iohannis Ducis Brabantiæ,* aliorum, quos in rerum naturâ & comitatu quidem Imperatoris conſtat exſtitiſſe. ſed quando ab hiſtoricis præ-

teritus

teritus ſilentio, videtur inane ſine re nomen poſſediſſe; ſanguine cretus regio, non imperio inauguratus. Nam quod VVolfaramus Eſchilbachius, coæuus ſcriptor ac miles, tradit Tyrolem caput ſuum in tria regna poſuiſſe in ludo latrunculorum, ſuaq. illa feciſſe, riſu res eſt multò dignior quàm fide. Libellum autem iſthunc eius au-ctoris eſſe, præter inſcriptionem, teſtis eſt Boppo, equeſtris ordinis itidem σύγχρονος. An Theutonicâ linguâ ipſe cecinerit, an verò interpreti dederit vertenda ac recitanda, non immeritò quis addubitet. Primùm quia mos ille Principibus fuit, vt carmina, quæ compoſuere, alteris demandarent in gynæceo modulanda: tùm quòd Boppo multò plura ex Tyrolis laudet libro, quàm iſthic lectitantur. Sed & libri ſecundi prꝏloquium interpretis potiùs, quàm auctoris videtur, ita exordientis; *Liber iſte vobis pandit præcepta, quæ Tyrol Rex Scotorum præſcripſit filio ſuo Fridebrando* &c. Eſt ergò compendium ſaltim libri, non integer Tyrolis tractatus: qui duo in volumina tributus. primore de religione agit ac fidei inſtitutione; altero de moribus & vitæ conformatione. Exemplum quod vtinam Principes ſibi proponant ac imitentur. Altiùs enim penitrant, quæ ab parentibus, quàm alijs, præcipiuntur, inherentque animo artiùs, ſive id interno quodam naturæ inſtinctu atq. motu contingat, ſeu diutinâ inſtitutione, cùm neminem nobis melius, ſecundùm Muſonium, atque parentes, perſuaſi ſumus conſulere. *Quis enim talis affectus inueniatur, vt vincat paternum?* ait optimus Princeps Iuſtinianus in l. vlt. C. de curat. furioſi. Itaque Reges ac Principes, qui ſaniùs ſapiebant, ipſi liberis ſuis magiſtri,

ipſi mo-

ipſi moderatores viuendi ſimul atq. regendi rationes reliquère. Cuius generis ſunt *Scythenis Thebani Regis παραγγέλματα* apud Naphium Philoloaum: Conſtantini Imp. Conſtantinopolitani *Paraneſes ad Filium de gerendo imperio:* Manuelis Palæologi Imp. *præcepta educationis ad Ioannem filium:* Ludouici IX. Francorum Regis *præcepta ad filium Ludouicum* apud Iohannem Ionuillanum, qui aſſiduus eius comes hiſtoriam Gallicè & eleganter inſtituit: vnde porrò exſcripſerunt Guillermus de Nangis in geſtis cap. antepæn. & Gaufridus de Bello loco in vita apud Surium. At quid exempla arceſſo longi æui? noſtra tempora vide, ipſam Scotiā, & Tyrolis conſanguineū. Iabum narro VI. Scotiæ, & nunc Angliæ quoq. ac Hiberniæ Regem, qui maiorū ſuorum, ſanctiſſimorum doctiſſimorumq. Principum, veſtigijs inſiſtens, & ipſe præcepta filio ſuo dedit, quæ perhibetur in ſinu circumferre, & familiari cotidie manu verſare. O optimi principis factum ſingulare & exemplum vnicum, quod mirantur præſentes, laudabunt poſteri, inuident inimici. Quâ inuidiâ quondam Germani Principes laborabant, quorum hæc propria diſciplina atq. inſtitutio dum viguit, bene rem geſſerunt, & vicerunt virtute verâ. Auctor eſt Wolfaramus Eſchilbachius, qui Friderico vixit Ænobarbo, part. II. Heldenbuch, quæ de Wolfdieterico inſcribitur. ibi rationes diſciplinæ his elegantiſſimis deſcribit verſibus;

Die Fürſten man do lerte
Gros er den Frůwen geben,
vnd Gotesdienſt ůch merte
Vnd eren Brieſters leben;

Der Kri-

Der Kriſtenheit gelöben
öch ſi geleret wart,
Das ſchůf an alles tögen
vater vnd můter zart.

Man lert die iúngelinge
Gar manig ritterſpil,
ſchirmen vnd öch ſpringe
vnd ſchúſſen zů den zil,
Fehten öch mit witzen
vnd ſchiten wol den ſchaft.
vf ſetteln wol ſitz en
Des wurden ſi dik ſighaft.

Vnd ſi worden öch geleret
Ir ſhilte reht tragen,
Ir manheit ſich öch meret
Als wir das hören ſagen,
VVo man nit wolt erwinden
Das man zů ſtrit ſolt ſtan,
Ir helm rehte binden
Lert man die iungen man.

Man lert öch wie ſi ſolten
VVerfen einen ſtein.

Des hand ſi nie engolten
Ir kraft dú war nit klein, &c.

§. I. *Daniel zeigt er einen walt*) Danieli Prophetæ iam olim priſci illi ſapientes inuenta ſua proſcripſere, non quod eius eſſe vellent, ſed vt venerando eius nomine populo commendarent. quo in numero ponunt narrationes *de Suſannâ, Belo,* & *Dracone Babylonico,* quæ an eius eſſent dubitauit antiquitas. argumenta dixit Iul. Africanus, nequiquam Adamantio refutante. Nam ſi ſunt eius, cur in Ebræo autographo non reperiuntur? cur apud Ionathan Vzielis Chaldæum Paraphraſten? ſed vnicâ Theodotionis tralatione, D. Hieronymo teſtificante? quia verò piorum hominum & orthodoxorum monumenta, non indigna cenſuit, quæ in ſe legerentur, Eccleſia, illis indignata, qui ſpurciſſimis & impudētiſſimis nugis ſanctum Danielis nomen profanare penſi non habuere. cuius generis ſunt *Liber Viſionum Danielis Prophetæ; Ammonitiones quas ei Angelus monſtrauit; Interpretationes ſeu Somnia reuelata ab Angelo miſſo a Deo,* & hauſcio quæ inſuper nugamenta, homine Chriſtiano & orthodoxo aliena. Videntur autem ex libro Viſionum eſſe, quæ hîc proponit & explanat Tyrol, cum in Ammonitionum non exſtent.

Duht) Maiores noſtri τὸ c. non iungebant aſpirationi. ideò ſcribere & pronuntiare ſolebant, *iht, tohter, niht, wiht ſieht, vorht, Zúht, doh, maht, reht, giht, Zeh,* & ſimilia vocum, quas in libris antiquis obſeruamus.

Von leigen herzen) *Leigen*, laico, h.e. illiterato, indocto: verbum Eccleſiaſticorum. ſic infrà Fridebrant;

Deſt mir

Deſt mir leigen al zevil.

interpretationem peté ex thematio 10.

Soſt) pro, ſo iſt, *κατὰ συγκοπὴν* veteribus frequentatam, in monoſyllabis quum maximè. hinc illæ paſſiuæ & proletariæ particulæ, *daſt, eſt, wies, erſt, blůt, mirſt, ſiſt, derſt, deſt, ſus*, &c. pro das iſt, es iſt, vvie es, er iſt, bluoſt, mir iſt, ſi iſt, der iſt, des iſt, ſo es, &c. Quas, quia otioſum lectorem remorari viderentur, principio duxi annotandas.

§. 6. *Swenne*) Semel & iſtud ſeruandum, vocali vv. ferè præfigi litteram S. in his, quæ cauſſa exempli appono, particulis, *ſwer, ſwan, ſwa, ſwie, ſwelh, ſwas, ſwo, ſwoden*, & conſimilibus.

Vnd wirt das brot vleiſch vnd blůt. Infrà;
Das er ſich birget in ein brot.

tangit Winsbeke. plurimis inculcant Friderich von Sůnenburg, Boppo, & omnium diligentiſſimè Chůnrat von VVúrzburg. Sed cur iſta in gynæceo & Aulicorum cœtu? Cauſsâ, opinor, Berengarij Andegauenſis, qui præſentiam corporis & ſanguinis in ſacramento negabat. cuius ſententiam, licet fuerit aliquandiu ſopita, reſuſcitauit iterum Arnoldus Brixienſis, multoſq. Aulicorum iam ad ſe pertraxerat, atq adeò ipſum Imp. Fridericum I. quo de bina exempla negatæ præſentiæ commemorat Iohannes Vitoduranus Minorita princ. Chronicor. At in eius aulâ equeſtres iſti Poetæ.

§. 8. *Von ſchulden*) ex debito, ſi ita loqui liceat. vim phraſeos pauci intellegunt. eam ab exemplis pete. Marggraue Heinrich von Miſen;

von dem wane hat ſi mich geſcheiden, vnd bin
von ſchulden vro.

Graue Chûnrat von Kilchberg;

swem nu ſin herze in fröiden ſwebe
Der mac vnd ſol von ſchulden fro gebaren.

Grave Friderich von Liningen;

Von ſchulden mûs ich ſorgen wol
Von fröiden git min her ze zol.

Anonymus in Ecken Vsfart;

VVard fehten ie von ſchuld getan
Ich prûf es ie von keinen man. Ibidem;
Von ſchulden war ir leid genûg
Das ir dú wer, die ſi dan trûg,
viel nider in dú grûne.

§. 9. *Ir leigen vrowen*) Laicæ feminæ. epitheton perpetuum ac proprium feminarum, non apud Germanos modò, ſed Latinos quoſdam ab Eccleſiâ. Cæleſtinus PP. *Idcircò femina laica omnia derelinquat, & res ſuas pauperibus tradat:* apud Gregorium Presbyterum l. IV. Polycarp. tit. XXXIX. & Gratianum XXX. quæſt. I. c. IX. Interdum ἁπλῶς *Leigen*, laicæ, pro quibus vis feminini ſexus. Graue Chûnrat von Kilchberg ad virgines;

Fröit úch ſtolzen leigen.

Her

Her Götfrit von Niſen;

Ir vil wunekl ichen wib
Ir wol gemûten leigen. Idem;
Megde leigen   VVir ſun reigen &c.

Her VVernher von Túſen;

Sit vndertenig Minne werde leigen,
si kan wol fröide in ſendú herzen heyen.

Bonauentura Seraphicus in quadam epiſt. de Regula S. Franciſci; *Ex aſpectu laicæ oculus venenatur.*

In Iappes ſtift) Infrà §. 10.

Vnd ſnidet als das iappe ſtift.

An prouerbio locum dedit ſtultiſſimus Iapygum interitus? an item *ſtift* ſunt triboli, h. e. machinulæ ferreæ, formâ trigonâ aut tetragonâ, quæ in quamcumq. incubuerint partem, aculeos infeſtos protendunt? Vegetio *murices*, Gallis *chauſſetrapes*, Budæo *calciatrappæ*, Heluetijs priſcæ loquelæ retinentiſſimis *ſteften.*

Vippern natern gift) Infrà;

Dü ſtrafe iſt viper natern gift,   Marner:
Er iſt ſnabelreſer danne ein viper nater muge ſin.

Viper nater, vipera natrix. apud Latinos diuerſi ſunt ſerpentes. *vipera* nempe ἔχις: natrix, ὕδρος. Eſt autem *vipera* ſerpentum veneno ſiſſima: quam verbis multis deſcribit Wolfaram von Eſchelbach, part. II. Heldenbuch, illo thematio, cuius initium;

Nu hörent durh ein vnder
VVie das thierlin iſt gnant,
Es heiſt ze VVelsh ein zunder,
Zů Tütſch ein ſaribant
In Sittelenlant nach ern
Iſt es ein vipper gnant,

& quæ ſequuntur; quæ pro poetâ narrat, non Phyſico: tamen ex fabuloſo viperæ partu, quem veteres crediderê.

§. 13. *Römſch vogt*) Romanus Rex vel Imperator. Noſter von VVengen;

Got hat vf erde an zwene man die Kriſtenheit gelan:
Der Babeſt der ſol vnſer ſele in ſiner hůte han,
So ſol den lib vnd vnſer gůt
Ein vogt von Rome ſchirmen mit gerihte.

Reinmar von Zvveter;

Das riche daſt des Keiſers niht,
Er iſt ſin pfleger vnd ſin voget.

VValther von der Vogelvveide;

Her Keiſer ich bin vrone botte,
Vnd bringe iv botſchaft von Gotte;
Er hies iv klagen, ir ſit ſin voget
In ſines Sunes lande broget. Hardeggere;
Vnd hilf den Kúnic Chůnrat alſo
Das er mit rehte ein vogt ze Rome werde,

Idem VValther loco iam laudato;

Von Rome voget, von Pulle Kúnic, lat ú ch erbarmen.

Tanhuſer.

Den voget von Rome ich dike wol geſehen han.

Strikere in Caroli M. geſtis;

Vffſtûnt der Biſchof Tirpin;
Vogt von Rome, ſprach er do &c.

ſcilicet ad Carolum Imperatorem. Ibidem;

Ich han minem ſcheppphare
Gelobet, daran ich ſtete ſin,
Das ich nimer wider in
Keinen voyt wil gewinnen.

Sic Deus, Imperator cæli & terræ, & ipſe nonnumquam appellatur.

Noſter von Singenberge Truchſeze ze Sant Gallen;

Der werlte voget, des himels kúnig, ich lob úch gerne.

Cancellarius Imperatoris innominatus;

O himel kúnig in himel voget
Gewaltig vúrſte in lúften gar.

Anonymus, ſed vetuſtus Poeta, Paraphraſi Vet. Teſtamenti;

Richer Got herre vber alle kraft
Voget himelſcher herſchaft.

VValther allegato carmine ad Imperatorem;

Er rihtet ú da er vogt iſt.

Atq.

Atq. adcò quicumq. quodcumq. imperium habet, eo nomine compræhenditur. veluti Duces & Principes. Anonymus ille in Vet. Teſtament.

——Als Nemrot
Ir rihter vnd ir vogit gebot.

Biterolf de Principe Hennebergenſi;

Den edeln voget man toten dahin für den Keiſer trůg.

In hiſtoriâ Theodorici Veronenſis;

Der edil vogt von Berne.

Eſt autem *voget* Latinorum aduocatus, verbo per aphæreſin corrupto, quaſi *vocat: Aduocatus*, adminiſtrator, gubernator, curator. ita Monaſteriorum aduocati, *Kaſtenvogt*: Prouinciarum & ditionum præſides, *Lantvogt*: Caſtellorum præfecti, *Burgvogt*: Minorum curatores, *vogt*, h. e. vt hodie vocantur, *pfleger*. Nam quos Latini tutores, Germani propriè *Vormúnder* appellant.

Von vúrſten kúr) Principum electione: qui iam tum ſeptem. Der Tugenthafte Schriber;

Siben fúrſten ſint des wert
Das ein Rômeſch kúnic en iſt zeweln benant,
Die enkieſent niht wan ſwes der edel gert
Herman von Túringen lant.

ait, *zeweln*. inde *VVelere*, electores, *Kurfúrſten*. Reinmar von Zvveter;

Nu ſehent:

Nu ſehent vúr úch des riches welere,
Den ir nu welt das er ſi ſchanden lere,
Vnd alſo das ir verſůchent,
VVerde er iv lieb ſo ſtet im eben
Vnd ſi des niht ſo lât iv geben
Das riche wider zehant, ſo irs gerůchent.

Habebant enim poteſtatem & eligendi & deponendi Imperatorem. quæ verò apud ſolos Germanos. nec exteris participata vmquam, & confirmata dehinc nouâ Caroli IV. conſtitutione. Strikere, qui ante quingentos annos fuit, ad Carolum M. inſtitutorem videtur referre. Sic enim in geſtis eius de Germanis;

Das ſi da iemer mere
Ir Kivnige Chrontin vnd kurn
Vnd das reht niemer verlurn.

Quod neſcio ſi vaticinium eſt, & noſtra tempora tangat. *Kurn*, eligerent; ab Ebræo בָּחַר elegit.

Kúnig Wenzel von Behein;

VVer kur dafúr die roſen.

N. von Grauenberg in VVigolais;

Vnd den tot von im kuren.

Kur, electio. Her Heinrich von Sax;

So ſeze ich vf der ſelden kivr.

Biterolf de Principe Hennebergenſi;

Do trat er fur der Duringer herren in eines
draken kúr.

Hinc *Kúriſſer*, milites delecti, quales cataphracti equites.

§.15. *kamben)* Vitruuio *pinnæ*, ſunt aſſamenta in tympano, quæ aquæ impetu impelluntur.

Lignum aloë) Wolfaram von Eſchilbach;

Vnd ſaſ von lignum aloe fur der argen lúſten var
Het er in einem golde dur den edeln ſúſſen ſmac
Das machet im dú ŏgen klar, &c.

Quodnam fuerit hoc ligni, non conſtat inter ſcribentes.

§.16. *Das wart enein)* Infrà;

Ich trůg ie gelich mit in enein.

In Martyrologio Apoſtolorum de Romano populo, colligente oſſa Petri & Pauli cælitùs reuelata;

Die gůt ſhar gemeine
Vreute ſich vnd wart enein
Das ſi, &c. ibidem;
Sin ſun des enein do wart.

§.18. *Recken)* Reges, id eſt, heroas, helden. antiquarij noſtri confundunt *rekios* cum *riſiis*, interpretanturq. gigantes. imperitè, & ingratijs τοῦ ἐτύμου. non ſaniùs Chronici noſtri ſapiunt in tradendis priſcis Germanorum Regulis. quos ſcire velim, *Reges* antiquitùs apud Germanos fuiſſe populi duces ac defenſores, homines iuſtos æquè ac fortes, qui

tes, qui terram Germaniam a ferarum, latronum, & hoſtium defenſarent impetu: ſiue regioni aut ciuitati dominarentur, ſeu caſtris tantùm. Exſtarent tantùm libri veteres, ſuper rei veritate minùs dubitaremus. quam ex fabulis ſi cupiam demonſtrare, quibus ſolis fruimur, nugax ſim, nequiquam laboraturus, tamen vnum atq. alterum exemplum, vbi exſertim rekij ab riſijs diſcriminantur, iuvat adicere. Incertus auctor part. III. Heldenbuch de Theodorico Veronenſi Gibichum Vangionem colloquente;

Do ſprach der Bernere
Ir habent reken genûg,
Darumb ſint üch vnmere
Alle reken ze vngefûg,
Darumb mûs ich herbringen
Min reken die ich han,
Ir redent von den dingen
Si túrent nieman beſtan.

Tanhuſer, poſtquam plurimos heroas, eoſq. celeberrimos, enumeraſſet, ſubicit;

Nu laſſen wir die reken ſin
Vnd alle die von Trane
Vnd die von Bridani ane &c.

VVelfaram von Eſchilbach part. II. eiuſdē Heldenbûch;

Der wnder kûne recke
Der wert ſich ritterlich,

Er ſlůg mit heldes můte
Vil manchen iungeling. & de gigante Baldemar:
zwo brinne gůt von horne
Het er geleit an ſich,
Darunder der verlorne
Stůnt einem reken glich.

Anonymus in Ecken Vsfart de filijs Ruzinæ gigantis:

Die riſen waren beide wol
Gewapnet, als man recken ſol,
Da in zwo brinne veſte.

Ecce aiunt rekiorum in morem modumq. illum conſtitiſſe, hos armatos fuiſſe. *Riſij* tamen & ipſi, vbi rectè egerunt, *rekÿ* appellati. Exemplum in d. part. III. de riſijs Gibichi internectis, & aliud in principio libri, qui inſcribitur Ecken Vsfart de Nettingio prognatis. Ceteroqui *riſios* vocabant homines proceros ac robuſtos (vnde & *Volant* cognominati, Franco Gallis *Vaillant*, quaſi valentes ſiue validi) qui vi viribusq. confiſi ſiluas ac montes incolerent gratiâ latrocinandi. cõtra quos inuocati *rekÿ*, venerunt, auxilio afflictis fuere. inde quòd vocantibus inſeruirent, *Degen* dicti, h. e. ſerui. nam id propriè *thegan*. Otfridus VViſſenburgenſ. præfat. ad Hludouicum Regem;

Thegan ſin in warů
In maniger zalů
Manag leid er tulta

Vm thaz do Got gihanta
vbaruwant er ſid zar fram
So Gotes theganè gi zam:
Eigun wir thia guati
Gilicha thegan riti. Et lib.I.c.III.Euangel.
Thiu thritta zuahta thanana
Thaz warun edil thegana.

Vetus ille Paraphraſtes Teſtamenti Vet:

Enoch der Gotis degin wis.

idem de Pharaone & Iacobo Patriarchâ;

Gap do der Kunic ſinen ſegen
Er lie den edilen Gotis degin.

Ceterùm *Edil thegana* ſeu *degin* inter humanos propriè homo nobilis fortitudine ac virtute præſtans, humani generis officio belli domiq. paratus. auorum memoriâ *Edelknecht*, ſed diſpari, ne dicam degeneri appellatione. nam illi nullo in diſcrimine ponebant pauperes atq. divites, omnibus adæquè præſtò eſſe parati: hi verò dicti principum, Epiſcoporum, Abbatum, Comitum miniſteriales, qui ſi beneficia (vtor illorum verbis) accepiſſent, mutabant nomen in *Dienſtman*, verùm ad illa. Dixi; *Degin* eſſe ſeruum an miniſtrum. ita gladius nuncupatus, quòd eius miniſterio in defenſione vtimur. Et quemadmodũ *Degin* de homine bellicoſo & heroico vſurpari cœpit, ita *VVigant* de ſeruo Induſtrioſo. *Gotis wigant* in citatâ multotiens

totiens Paraphraſi, ſeruus Dei. cõtrario prorſus exemplo. ſiquidem *wigant* propriè ac [illegible] bellicoſum ſonat, a *wige*, quod bellum notare ex Vet. Pſalmorum interprete annotauit Lipſius. *Küne wigant* apud Poetas, qui *küne degen, küne reke, küne held*, in eorumdem libris. ſunt nempe ſynonyma iſta. *Kun* ſiue *Chun*, fortis: *Chunheit*, fortitudo. vnde *Kuning* dictus Rex, eâ formâ, quâ *adeling, Friling, buring*, &c., qui fortitudine alios antecellat. in libris antiquis *Kunic, Chunic, Kuning* quoq. in Otfrydi, *Chuninga* Notkeri, & *Chuninge* in peructeri Regulæ Benedicti interpretatione. ab eâdem origine & gens *Chunorum* nomen ſortita. quorum Rex Theodoricus Veronenſis, is quem noſtrates *Dieterich von Berne* indigetant. & hæc vera gentis ſcriptura, ex durâ primorum Germanorum pronuntiatione, & imis de faucibus ductâ, quam Heluetij, qui ſoli mores moramur antiquos, hodie retinemus. *Chuni* ergò fortes. ſic *Celtæ*, cuius nominis par eademq ignorantia. veteribus *Cheld*, aut, adſpiratione duplicatâ, *Hheld*, qui nobis nunc *Held*. Sic puto *Heluetios* dictos quaſi Celtarum cognatos. ſic *Hiltebrandum* quaſi Chelte Bren, h. e. Celtam Brennum. ttidem *Hiltebolt, Hiltiman, Hiltiuuin*, alios. Eſt verò *Chilt* nomen epicœnum, maribus feminis promiſcuum. exempla in *Hiltigart Hiltrut, Hiltegunt, Adilhilt, Reginhilt*, & ſexcentis alijs. Rationem ex fabulis petendum eſt. *Celten* aiunt fuiſſe reginam, cui congreſſus Hercules filium ſuſceperit *Celtum*, vnde genti nomen inditum nomina ab illâ feminina, maſculina ab iſto. & hanc Celten puto eſſe *Hilte*, quam infantulis vagientibus apud nos nutrices minitantur. Beroſus tamen Regem nominat: & Appianus Celtum Polyphemi tradit, non

dit,non Herculis filium. fides ſit penes auctores. nos quod ab inſtituto erat, præoptauim⁹, explicuimusq. quod *ἔτυμον* haberent *reke, riſe, volant, degin, wigant, kuning, helde*, voces hactenus ignoratæ. Vos nunc Hiſtorici, & qui Principibus a conſilio (vtrorumq. enim intereſt hæc ſcire) ſi dicta placent, vtimini; ſin, reperitote meliora. ego comiter monſtraui viam.

§. 19. *Dü alte ê*) antiquum fœdus præputio ſignatum. *E*, fœdus, pactum; veteribus *euua*. Interpres Regulæ Benedicti in præfat: *Teſtamenti veteris nouiq., dera altun euua ioh dera niuuan*. Strikere in geſt. Caroli M.

Als tet vnſer herre Got
Hie bevor in der alten ę
Eime Iuden der hies Ioſue.

Paraphraſtes Vet. Teſtamenti;

Abrahame ein ę beſchiet
Im ze lobe mit dem ſnitte.

h. e. cum Abrahamo fœdus inijt. Ibidem;

Der Got ſit gerůhte gebin
Sin ę vnd wie ſiv ſolden lebin.
Kriſten ê, religio Chriſtiana.

Meiſter Sigeher;

Ich ſach do me rehten gelöben ſtören,
Ich ſach Criſten é verwerfen in den hoch-
ſten Chören.

N. von Grauenberg in VVigolais;

Mag ú wer ſegen mich bewarn
Vor der helle, vnd Criſtan é,
So wil ich mich nit ſummen me
Ich enphach der Criſtan é ze hant.

verba ſunt Comitis gentilis miraculo ad fidem conuerſi. Poſt paulò;

Den töf enphahen vnd Criſtan é.

E, omnis cuiuſq. ſectæ religio. In eodem Grauenbergij poemate paganus quidam;

Sit vs vnſer é hintrait
Der Tiuvel ein ſo werden man.

Apud Strikere geſtis Caroli M.

Vnd bat in das er gehorſam
Ir gotten wurdi vnd ir e.

Soror Marſilij Saracenorum Regis, ſollicitans Carolum ad apoſtaſiam. *E*, deniq. fides, ſeu, vt Iureconſulti loquuntur, fidelitas. apud eumdem iurat Turpinus Archiepiſcopus;

Das wir niht en zwifelen me
Vf min ampt vnd vf min e:.

quam ſc. Carolo M. præſtiterat. ibidem;

Der kivnig von Vile e
Der hies gebieten bi der e
Vnd hies da ivberal ſagen
Swas vaſte mæhte getragen
Das ez die herfart füre.

Noſtris hodie hanc vocem vſurpatio eſt de fœdere tantùm nuptiali.

§. 20. *Zwo vnd ſibenzeg ſprache)* Vetus Poeta in Hórnin Súfrid;

Ia hetteſt du betuuungen
Das halb teil dirre erdn,
Vnd zwo vnd ſibenzig zungen
Das ſi dir dienten gern.

Non nupera eſt opinio, in orbe ſeptuaginta duas linguas eſſe. cui ſunt qui ex Moyſe fundamentum fulciant Geneſ. cap x. At mihi potior videtur origo a LXXII. interpretibus eſſe, per quos exiſtimatum fuit verbum Dei in vniuerſum terrarum orbem emanaſſe. Quod quidem vt verum eſt, ita falsò credidêre ſingularum gentium linguis tradidiſſe, qui Græcæ tantùm. Prodijt nuper theſaurus polyglottus ex CCCCL. veteris & noui orbis nationũ linguis, dialectis, idiomatibus, & idiotiſmis conſtans, auctore quodam Megiſero. Viginti duas Mithrydatem Ponti ac Bithyniæ Regem ferunt calluiſſe Plinius, Plutarchus, Gellius, Valerius, Solinus.

Dü werlt) ita ſcriptum obſeruo in plerisq omnibus libris antiquis. rectè, ſi originem ſpectes. Vetus Interpres Pſalmorum; *Sæculum, werolt. Sæculum ſæculi, werildi werildis*: apud Lipſium Centur. III. ad Belgas epiſt. xliv. Otfrido *worolt*. Interpres Regulæ Benedicti & Notkerus cũ veteri illo Interprete conſentiunt. nec ambigo quin Otfridi loca ſint mendóſa.

§. 22. *Si wer ein wib) VVib* pro vxore, quæ virum paſſa eſt. Chůnrat von Helmsdorf Collatione noui Teſtamenti cum veteri hiſtoriâ, in re geminâ;

Vnd gehailget in ir můter lib
Die maget wer vnd niht ein wib.

Heinrich von Frovvenlop;

Ob ich ir ſpreche vrôwe vnd wip
Die kindes můter were,
Ich hette an beiden war geſagt
VVie wilent hies ein wip ein magt.

Sic *mulier* apud Latinos. Vlpianus l. xi. §. 1. D. de contrah. empt: *Quod ſi ego me virginem emere putarem, cùm eſſet iam mulier.* Et l. xiv. §. vii. D. de ędilic. edict: *Mulierem ita artam vt mulier fieri non poßit.* elegante πλοκῇ, quã ingratis Gratijs mutauit Gothofredus. Eſt enim lata vox, quamcumq. ſexus feminini compræhendens, auctore Pomponio apud eumdem Vlpianum l. xxv. §. ix. D. de auro, arg. &c. ipſo Vlpiano l. xiii. in pr. D. de V. S. Modeſtino l. Lxxxi. §. 1. D. de legat. III. Tertulliano de Veland. virg.

virg. Bonifacio VIII. c. vn. v. ille verò, de Sponſal. & matrimon. lib. VI. vbi notant Doctores.

§. 23. *Dur vns*) propter nos. redonanda particula in carmine de Tanhuſer, quod vulgò cantatur & circumfertur, §. vlt.

Da můſt er dur den Babſt Vrban
ôch ewig ſin verloren.

Nempe Vrbanus PP. in cauſsâ fuit, vt in *Veneris montem*, h. e. lupanaria, in quibus volutatus erat, Tanhuſer redierit, æternùm pereundus. vulgò legitur, *für den Babſt*, ſenſu improbo. Carminis aut fallor aut ipſe Tanhuſer auctor, quia partibus Imperatoris contra Papam ſteterat, in huiuſq. contumeliam carmen hoc videtur compoſuiſſe.

Einer túren diet) *Diata*, turba, multitudo, cœtus hominum ac conuentus.

Herzoge von Anhalte;

Des en ſih ich an ſchalkhafter diet niht das.

Her Růdolf von Rotenburg;

Die leien vnd die pfaffen,
Wiſſage, Kunige, vnd ellú diet

Friderich von Huſen;

Das lies ich dur die valſchen diet.

Nithart;

Nu hat ſich verkeret
Schameloſer valſcher diet iſt ir hof gemeret.

Brůder VVernher;

Do in dú vngetöſte diet mit nageln an das
krúze ſlůg.

Strikere in geſtis Caroli M.

Das er mit ſiner diete
Einen hof dar gebiete
An ſinen ſtůl ze Ache.

Rectè. & inde *diata*, conuentus publicus, comitia, Landtag/Kreißtag/Reichstag/de quibus feſtiuum Caroli V. Imperatoris dictum; *Diata diatam parit, & partus ſuffocat matrem. Diata*, gentes. Veteri Pſalmorum Interpreti; *Thiat gens. Thiadon, nationes. Thiede, gentes. Thiadekunne, generationes.* vox compoſita, ſed ſignificans. Nam *kunni* vel *kunnea* veteribus generatio, ab Latino *cunnus*, eidem ipſi Interpreti, Notkero, Otfrido, Interpreti Regulæ Benedicti, alijs. Paraphraſtes Vet. Teſtamenti;

Von Sem das kunne lie ſich ſa
Nider in der groz in Aſya
Mit der diet aller ſiner ſchar.

Notkerus in Pſalm. cxxvi. *Tunc dicent inter gentes: ánne chédent ſie únder dìetin.* Et Pſalm. Cxxxv. *Qui percuſſit gentes multas: manige dìete ſluôg.* Otfridus ad Ludouicum Regem;

VVaz Chriſtus in then gibiete

Fram

Frankono thiete. Marner;
VVar komen ſi der vvilzzen diet.

Reinmär von Zvveter;
VVar Herzoge Erneſt not erleit,
VVas er vnd Graue VVetzel der geſnablen diet verſneit.

Strikere in geſtis Caroli M.
So ſi vlt ir gebieten
In landen vnd in dieten.

h.e. in terris & gentibus. Turing von Ringoltingen in Meluſina cap. XXIX. *Das dú Heidiſchen vnd Túrkiſchen diet von Behein vs den lande geſlagen wurden.* Otfridus l. III. c. XIII.

Ergebent mih zinote
Fremidemo thioto.

ex illo Matth. XVI. *tradent me genti* &c.

§. 26. *ellú)* alle. ſic *ermú*, arme: *eltú*, alte: *hertú*, harte; & ſimilia. Apud Grauenbergium in MS. fabulâ de Wigolais ſcribitur *álliv*, apud Strikere & Paraphraſten illum Teſtamenti *ælliv. ellentriche*, prædiues, paſſim hoc libro.

§. 27. *Ir vel)* καταχρηστικῶς pro cuti & nobis hodie, eſt verò Latinorum *vellus.*

§. 28. *Michel wunder)* *Michil* de magnitudine & multitudine, Interpreti Pſalmorum *mikil* apud Lipſium, quem vide. Otfrido *mihilan*, interdum *mihilemo*. Notkero *mikel.*

Idem *in mirabilibus* conuertit *in michelen dingen.* Interpres Regulæ Benedicti; *magnificant , mihhilont. Michler knab*, maior, grandior, Heinrico Ticlinger Chron. Bernẽſi. *michles ſpil* Alberto von Eib in libro quem Goldinſpil proſcripſit Noribergenſium nomine. Verbum Poetis noſtris familiariſſimum, Trãs-Rhenanis eſt antiquatum, non item nobis Heluetijs.

§. 29. *Turnei*) Torneamenta, damno nobilitatis abolita. Siquidem in illis, tamquam in igne aurum, mores nobilium probati. Aurifabri, & quos Arabico nomine Alchimiſtas vocamus , ſcorias ab auro purgant ; non ſecùs haſtiludiorum Reges deponere atq. eicere ſolebant latrones, fures, virginum raptores, ſcortatores, adulteros , helluones, ebrioſos, homicidas, periuros, ſordidos, (quales negotiatores, mercatores, & vſurarij) homines nouos, argento non virtute nobiles; deniq. omnes , qui maiorum virtutem vitijs ſuis collutularent. Exempla tibi ſuppeditabit Haſtiludiorum liber. eâ cauſsâ iuſtæ hominum cordatorum querelæ ſuper illorum deſuetudine. Vlrich von Liechtenſtein;

Ritterſchaft wie ſtet din orden ?
sage an, wem iſt din wirde worden ?
Wan ſach dich in tugenden horden,
Dannoch was din lop vil ganz.
Das klagent nu die edeln frowen
Das man dinen ſchilt ſol ſchöwen
Alſo ganz vnd vnverhöwen.

Wa iſt

VVa iſt din turnei, wa iſt din tanz?
Du mis din leben bas in der maſſe
Da dich dú ſchande in eren laſſe,
Ir gewalt vert vf der ſtraſſe,
Setze vf wider der eren kranz.

Sed, inquiet aliquis, iura & leges vetant. vetant, mi homo, non exercitium, ſed cædem & ſanguinem. ſemoue iſta, & caue a cruore, permittent, atq. adeò probabunt. Reinmar von Zvveter;

Turnieren was ie ritterlich,
Nu iſt es rinderlich,
Toblich, tot reis, mundesrich,
Mortmeſſer vnd mortkolben, geſlifen aks gar vf des mannes tot;
Sus iſt der turnei nu geſtalt,
Des werden ſchonen frowen ir ögen rot, ir herze kalt
Swanne ſi ir werden lieben man da weis in mortlicher not.
Do man turnieres pflag dur ritters ere,
Durh hohen mût, dur hübesheit, vnd dur ere
Do hete man vmbe eine deke
Vngerne erwürget gûten man:

Swer

Swer das nu tůt vnd das wol kan
Der dunket ſich zer werlte gar ein reke.

Semoue item indiligentiam rei familiaris, & ſubditorum incuriam. nam & hæc inter cauſſas prohibiti ludi. Idem Zvveter eodem carm.

Swer ŏch turnieren minnet alſo ſere
Das er dabi vergiſſet der hus ere,
Dern hat die maſſe niht behalten.
Ein genůg turnieren das iſt gůt,
zevil an allen dingen tůt.
Bruch an den lobe, ſus ſagen die wiſen alten.

Riſche diet) gens gaillardes. *Riſch*, gaillard, alacris, hodie *friſch* ϖροθέσει τοῦ f. In Martyrologio Apoſtolorum de monacho luxurioſo;

Iedoch vber tiſche
VVas er ie mit riſche
Vnd an vollerſchaft &c.

Rüſch dicuntur ſemipoti, ab alacritate nimirum, quia *vinum exhilarat cor hominis.*

§. 30. *Da hurt gegen hurte dringet*) Cùm clypeus clypeo impingitur. *Hurt* Heluetijs crates vimineus. cuius diminutum *hürtel* iiſdem ceſticillus vel *arculus*, *quem capiti imponunt mulieres, ad ſuſtinenda commodiùs vaſa*, vt Feſtus ait. ſic dictus, quia olim ex vimine, qui nunc è panno floccis viliſq. facto. Ergo & *hurt*, ſcutum vimineum, qualia priſco-

lia priſcorum Germanorum. Corn. Tacitus; *Non loricam Germano, non galeam: ne ſcuta quidem ferro neruoq; firmata, ſed viminum textus, vel tenuis & fucatas colore tabulas.* Ita Taciti æuo: nam poſteriores vimen mutarunt in neruos, a Romanis, credo, edocti. Hinc apud eos, qui ſuperãt, ſcriptores nulla vmquam viminum, perpetua neruorum mentio. Wolfaram von Eſchelbach part. II. Heldenbuch;

Den ſtarken ſchilt von horne
Er im do gar erſpielt. & de VVolfdieterich;
Den ſchilt von horen veſte
Den hůb er do fúr ſich.

Strikere in geſtis Caroli M.

Von Vltor der kiznic Lymar
Brehte ſivn zehentuſent dar
Die fůrten búrnine gar.

Vetus Poeta in hiſt. Gevvan;

Mit ſinen michel horne
Er im die ſtreich vsſlos.

Horne, ſic apud Ebræos *Cornu*, ſcutum ex neruis: qualia in armamentarijs hinc inde oſtentantur. Nomen inde Sigefrido Gibichi Vangionum Regis genero, *Hǒrnin Sifrid*; non quia corneus erat (quæ fabula nihilo verior illâ Græcorum de Achille) verùm quòd arma geſtaret ex neruis contexta. *Hurt* FrancoGallis impulſio. *Li hurt di lo batalle* in libro de Septem Sapientibus, id eſt le choc, congreſ-

 ſus mi-

ſus militum cum impetu, quando nimirum ſcutis ſcuta opponunt atq. impingunt. id vocabant *hurter*. Vet. Gloſſ. Franco Lat: *Hurter, allidere, impingere, congredi cum impetu*. Li Romans de Parceual;

Les armes de ces qui venoient
Et ſo vant hurtoient as armes.

verbum eſt a Francis in Gallia proſeminatum.

N. von Grauenberg;

Da höbt ſich reht ritterſpil
Da wirt gehúrt vnd geſlagen
Davon ſi mal múſſen tragen
Gros wundan vnd búllan
Von ſwert vnd von kúllen. nec multò poſt;
Die ritter begundon alle
Vor ir puhurdieren
Mit richen panieren,
Von hurt die ſchilt gabenſchal
Das mänig kne da geſwal,
Von hurte vnd von gedrenge
Dú ſtraſſe wart vil enge
Von der edilun ritterſchaft,
Von ſlegen vnd von hurt enzwai:
Es wär worden ain turnay
Hettin ſi ir härneſch gehabt

Das ſi

Das ſi nach ritterlichen ſitten
Dú roß mit hurt vmbtriben;

& in deſcriptione oppugnatæ vrbis;

Swenne ieman an den graben gie
Vnd man dú bloker vallen lie,
So hurton ſiv die vigend wider
In die tiefen graben nider. inibidem;
Da lag vil mánig werder degen
Gehúrt vnd gelagen nider
Dem nieman moht gehelphen wider.

Quibus & ſimilibus locis, *hurten* eſt, quod alibi *ſchilten*; VVolfaram von Eſchelbach part. II. Heldenbuch;

VVas fúrt der ritter klare
Do an dem ſchilte ſin?
Das weis ich niht vúrware
Vil edele Keiſerin.
Er valt in dem walde
Mim heren ſehzeg man
Vnd ſchilt mich an gar balde
Das ich im kǒm entran.

Owe frǒw hohgemeite
Swas hab ich nu getan

Das ich von ſchilten ſeite
Hie von dem werden man?
Er nimet mir min leben
Ich mûs drumb ligen tot.

ibidem videtur quodammodo alludere ad nomen *hurt*. quum ait;

Mit einen ſchilte herte
VVolt er in lůfen an.

Vtraq. vox origine Græca. nempe *ſchilt* poſteriorum ſæculorum eſt, caſcis illis *cilp*, μεταθέσει τοῦ ι. ἀντὶ τοῦ *clip*, id eſt clipeus. C. mutare in SCH. medij æui conſuetudo cœpit. exempla in *ſchapell*, capella pro ſerto · *Hug Schapler*, Hugo Capeto: *ſchalen*, calyx: *ſchlater*, clatri: *ſchal* caluus: *ſchifer*, cifra: *ſchliſſel*, κλεῖς: *ſcheden*, nunc *ſcheiden*, cedere: *ſcharpf*, carpum, h. e. acutum, quod bene carpat & ſcindat. *Hurt* itidem nouum eſt, priſcis *churt* an *chort*, id eſt chorda, textura ex viminum & neruorum chordis. Mutationis par eademq. ratio, quæ in *Celta, Chelt, Held*: *Clodoueus, Chlodoueus, Clodouicus, Hludouicus, Luduig*: *Clotarius, Chlotarius, Hlotharius, Lotharius*: *Ceruiburgium, Cheruioburgium, hereburgium*: *Chunus, Hunus*; vnde *Chunigundis* Imperatricis nomen apud Surium tom. II. *Hunigundis* virginis apud eumdem tom. IV. niſi ſit a *kunnen*, generare. A *chort* factum verbum *chorditare*, quod deprauatum in *corbitare*, & exponitur alicui ſe anteponere, anteſtare, & quouis pacto lædere, in Lege Langobardorum Rotharis Regis tit. x. id verò diximus eſſe *hurten*. *Corbitaria*, impulſio, læſio. ita conceptus tit. ille x *De vneguunorſin, id eſt*

corbita-

corbitaria. Sic enim legendum, non, vt vulgò, *vneguuorſin*, eſt autem, quod nobis hodie *vnguuúrſi*. Diſce hinc, quid ſit in libris Feudorum & apud veteres iuris Interpretes *cucurbitare alicuius vxorem*, quando *cucurbitare* non aliud, atq. *corb itar*.

Laſt du din golt behalden tragen) Liberalitas enim propria Principis. Walther von der Vogelvveide ad Philippum Imperatorem;

Nu haſtu gůt vnd ere,
Darzů vol zweier kúnige hort,
Die gib der Milte beide,
Dú Milt lonet, ſam dú ſat
Dú vnnekliche widergat
Darnach man ſi geworfen hat:
VVirf von dir miltekliche,
Swelh Kúnig der Milte geben kan,
Si git im das er nie gewan
VVie Alexander ſich vurſan
Der gab vnd gab, do gab ſi im ellú riche.

§. 38. *Gernden kumber*) Quid ſit *gernde*, docebit te §. vlt. Heinrich von Oftertingen;

Nu ſchaffe das der gernden diet erlöſet ſin dú
pfant.

Reinmar von Zvveter;

Brinc din ſúſſe mit dir her

 Dú din

Dú din gernde ſi der ger
Minne gernde Minne
VVie ſich din gerndú diet gehabe.

Cancellarius Imperatoris innominatus;

Manig herre mich des vraget
Dur was der gernden ſi,
So vil ob in des niht betraget
Den wil ich betúten ob ichs kan wie es vmb die gernden ſi.
Ein gernder man der trúget,
Der ander kan wol zavel ſpil, der dritte hofe lúget,
Der vierde iſt gar ein gumpelman, der fúnfte iſt ſinnen vri,
so iſt der ſehte ſpottes vol,
Der ſibende kleider köfet,
Der ahtode veder liſet wol,
Der núnte vmbe gabe löſet,
Der zehende hat ein dirne, ein wib, ein tohter vnbehût
Den gebent núwe vnd virne
Den herren durh ir törſchen mût.
Si gebent durh ſunſt niht gût.

Trahtú) cogitatio. *trahten*, cogitare. Vetus Interpres

Regulæ

Regulæ Benedicti cap. III. *tractet apud ſe , & quod melius iudicauerit* &c. *trahtoe mit ſih* &c.

§. 20. *Cuch la din zungen*) Noli Charetem Athenienſium Ducem imitari, qui quoduis cuiuis pollicebatur: at non præſtabat item, quod receperat. Sententia thematij perobſcura eſt;

VValther von der Vogelvveide;

Svvelh herre nieman niht verſaget:
Der iſt an gebender kunſt verſchraget:
Der mûs iemer nôtig ſin, alde triegen
Zehen verſagen ſind beſſer dann ein liegen
Geheiſſe minre vnd grûſſe bas,
VVelle er ze rechte vmbe ere ſorgen,
Sveſſe er niht muge vſgeborgen,
Noh ſelbe enhabe, verſâge doch das &c.

ſed mens tamē iſta; Noli promittere, quod præſtare nolis; ſatius eſt non promittere, quàm promiſſis fruſtrà lactare. Etenim ſi qui promiſſis tuis fretus debita contraxerit, illa, præterquàm abſoluas, in fronte tuâ apparebunt in nouiſſimo die, teq. ad iudicem Deum accuſabunt.

Das er zen Iuden druf niht nimt) Eſt Catonis monitum ſic ab antiquo Poetâ redditum;

Hab dir ieman verheiſſen iht
Das ſult gevviſe heiſſen niht:

Man ger

Manger geheiſſet vil
Des er doh nit gebon wil.

Præſertim Principes & Magnates, quibus ea res ludus. id re expertus ſum, cum re eſſet opus. Vulgarium eſt diſtichon;

Regia, crede mihi, res eſt promittere multa;
Sed ſeruare fidem ruſticitatis opus.

quod apud nos in prouerbium abijt; *Geloben iſt edelich, halten bœrlich.* Heu quàm mutatum ab illâ antiquâ & Francâ promittendi formulâ; *Bi edelichen trúwen!*

§. 41. *Oggewedel)* Nomen Diaboli mendaciorum Patris, è re ſortitum. ſignificat enim oculorum imminutorem: qui occæcat oculos animorum, ne cernere verum queant. *Ogge*, ab Latino oculus. *Okger*, Ocellus. nomen deprauatum apud Eſchelbach part. II. Heldenbuch, illo diſticho;

Bis an ein Heiden riche
Der was auchger genant.

vbi legendum eſſe *Okger*, euincunt quæ ſequuntur. *Wedel* pro imminutione, detrimento, ſemel atq. iterum in hoc Aulicorum libro. Et Aſtronomis noſtris hodieq. pro Lunæ damnis.

§. 42. *Flenetriſſe &c. Amphartys*) Fabula ignota nobis, quam qui indicauerit, ei præmium indicinæ dabitur.

Kunde luppen mit dú ſper) Luppen, verbum maleficorum. Nithart;

Hat aber

Hat aber iender ſi únt ein ſlúppe
Das mir were gůt fúr zǒver lúppe
Dem wolt ichs mit golde verwegen;
Old kǒnde iemand mich gefriſten
VVol vor ſus getanen zǒuerliſten,
Old kǒnde ieman einen ſegen
Der ſút zǒver were gůt: ibidem loci;
Er treit einen meſching
Der ſnidet als dú ſchere &c.
Sin meſching iſt gelúppet ſo, ſwen er damit erreichet,
Siht der můs von ſinen handen ligen tot;
Iſt das niht ein groſſú not?
Ia wart er da ze VVeidenhoven gehertet vnd geweichet.

Marner in cuiuſdam deſcriptione Draconis;

Sin ſmak der iſt gelippes vol
Gargiftig iſt ſin ort.

VVolfaram von Eſchelbach part.II. Heldenbuch;

Ich weis wie dir geſchiht
Du Heideniſcher man,
Din meſſer ſchont dir nit
Das luppen hat ſi gelan.

verba ſunt VVolufdieterici ad Bellianum Regem nicromantam ſuo ſibi cultro interfectum. Dixerat autem Bellianus;

Du magſt mir nit geſchaden
Do ſint mit zouerliſten
Min meſſer vberladen.

§. 44. *Mit holden reinen)* *Cum bonis ambulet. Holden,* amicus. Notkerus in Pſalm. cxxvii. *Cum dederit ſomnum dilectis eius, ſô er daz ende gibet sînen Hóldin.* *Holde,* amaſia. Heinrich von Frovvenberg;

Dâs min holde Lange bi mir Muge ſin.

Vnholde, inimica, infeſta; quales ſagæ & veneficæ generis humani hoſtes. *Holden* ſiue *hulden,* fiduciare, cùm fides præſtatur magiſtratui.

ANIMA

ANIMADVERSIONES IN VVINSBEKII PARAENESES ad FILIVM.

VINSBEKE, equeſtris familiæ ac dignitatis, in aulâ Impp. Friderici Barbaruſſæ, & Henrici F., rebus domi militiæque geſtis clarus fuit. In matrimonio habuit feminam probam ac pudicam, quæ ob ſingulare prudentiç ac virtutis exemplũ gynæceo præfecta, quam penes arbitrium acius decernẽdi victorias ac coronas poeticas in certamine muſico, omnibus ſuffragijs eſſe voluere. Familia eius patrita ignoratur. Nam VVINSBEKIN maritale nomen eſt. In orâ menbranæ adſcriptum, ſed manu poſteriori, fuit, *von VVinsbach*. quo nomine opidũ eſt apud Saruneres Heluetiorũ, haut VVerdenbergâ procul & Saxonũ Baronũ ſede, ſub ditione nunc Glaronenſium. Carmina eorum, quæ & ipſi recitauêre, verecundiſſima puriſſimaq. ſunt, digna eorum ſummâ grauitate : quibus ille ingenuos adoleſcentes ; hæc virgines ad virtutem inſtituit, ad vtriuſque aut.

fallor aut vidit Tanhuſer, eques coæuus, cùm in gynæceo caneret;

Ich ſunge von den Vatter, vnd der Mûter, von den Kinde.

Plura de hac familiâ non habeo comperta. docenti verò vaciuas dabo, nec ingratas, aureis.

§. 2. *Der werlt gôchel*) Vetus Pſalmorum Interpres, qui eſt Arnoldi Wachtendonkij; *Guolike*, & *guilike*, & alibi *guilicheide*, *gloria*. *guolican*, *glorificare*. Glorioſi, quoniam dictis factis, inceſſu atq. ornatu, omnibus ſeſe deridendos propinant, inde adeò euenit, vt *golich* generatim diceretur, quidquid riſum mouet. *Gôchel*, ludricum, FrãcoGallis *farcerie*. *Der werlte Gôchel*, mundi hiſtrionia, ſicut Petronius ait; *Totus mundus exercet hiſtrioniam*, laudante Ioanne Salisberienſi in Polycrat.

VVie ſi ir volger triegen kan) Quomodo mundus ſui decipiat amantes, nemò meliùs Wernhero poterit explicare. cuius verba operæ erit adſcripſiſſe, nihil morante ſpiſſitudine, quâ lectorem delectatum potiùs quàm offenſum iri confido. ait;

So we dir werlt, ſo we im der dir volgen mûs,
Din lon iſt krank, du giſt den angel iemer nach der ſûſſe
Din, du treiſt vntrûwe vnd allen valſch vf dinen rugge enbor:
Ich han in dinen weg geſetzet minen fûs,

Es wende Got von himle ſo wene ich dir volgen
müſſe.
Dú zúheſt mir den heln als einer iungen katzen
vor:
Din lon iſt als ein richer trͦon
Der nach den ſlafe ſwindet,
Du haſt in minen munt geſtriket dinen zͦon,
Da von min lip in diner lere erblindet,
Ze dir ich nakent &c. quæ ſequenti §. appoſiturus ſum.

§. 3. *Alſe vil ein linin tͦuch*) Pergit VVernher;

Ze dir ich nakent wart geborn, vnd ſcheide ͦoch
blos von dir,
Ein linin tͦuch fúr mine ſchame, vnd anders
niht, giſt du ze lone mir.

Iohans von Ringgenberg;

ſid wir anders nihten han
Des gͦutes ſo wir nu múzen ſcheiden von hinnen
VVande ein ſwaches linin tͦuch.

Puto eos alludere ad Salahadini Regis funus, qui circa hæc tempora deuixit. eò magis adducor, quòd video in expeditione Syriacâ fuiſſe VVinsbekium, VVernherum (qui & eremiticam illic vitam aliquamdiu egerat) & Ringgenbergium. de illo funere ſic Gulielmus Tyrius,

coætaneus ſcriptor, l. II. c.XVI. de Bello ſacro; *Iuſſu ipſius ſignifer, qui imperij eius ſignum omnibus in proeliis ferre conſueuerat, funus eius præcedebat. Hic lanceæ trunco interiorem illius tunicam, in modum trophei præferebat, altùm inclamitans; SALAHADINVS, ASIAE AC TOTIVS ORIENTIS DOMITOR, ILLVD VNVM SECVM DEFERT.* Boccatius per *interiorem tunicam* intellegit *pannum nigrum*. quem falſitatis arguunt Naūclerus & Iouius.

Ein wiht) Nomen hoc ferè deprauatum eſt, nec ab homine dum, quod ſciam, Germano quoquam perceptum. ego, quam vim habeat, id te docebo, & quo pacto ſæculatim deflexerit, etiam illud indicabo. *VViht* priſcis Germanis, aliquid. Otfridus VViſſenburgenſ. ad Salomonem Epiſcopum Conſtantienſem præfat. Euangel.

Oba ir hiar findet ia wihtthes
Thaz wúrdig iſt thez leſanes. Lib. I. c. IV.
Vrant er wiht zin niſprah. L. IV. c. XIX. de Chriſto;
Ni gab im thin ſin thulti
Vuihtthes antwurti,

ita enim coniunctim legi debet. *ni wihtthes antwurti*, nullum reſponſum. quod non intellexit, qui diſpenni voluit, Flaccius: *Ni wiht* vel *Newiht*, non aliquid, nihil. Otfrido *ni*, Notkero & pleriſq. omnibus *ne*, pro non. eadem apud Latinos variatio. *niht* vtiq. compoſitum eſt ex *ni* & *iht*, haut aliâ, atq. apud Latinos, ratione *nihil* ex *ni* & *hilum*. *iht*, hilum. Interpres Regulæ Benedicti; *nihil, neouueht*; *ad nihilum, ze neouuehti*. Otfrido *niuuiht*, l. IV. c. XIX.

de falſis

de falſis in Chriſtum teſtibus;

Quadun ſie iz gehortin
Thoſie niuuiht ſuartin. L. III, c. XIII.
Ni mag er thaz iſt al niuuiht
Findan uuehſeles uuiht. L. IV. c. XIX. de Archiſacerdote;
Bizenita thaz ſin uuirdi
Zi niuuihti ſcioro uuurdi
Ioh ſcolti uuerdan ital.

Nenuuiht, decompoſitum ex *ne* & *en* particulis, quæ fortiùs negant, pariter apud FrancoGallos, id a poſterioribus, cùm dynamin eius nequirent capere, mutatum in *neinuuiht*, & corruptiùs *einwiht*. Marggraue Otte von Brandenburg mit dem Pfile;

Vnminne dú iſt den einwiht
Der rehter minne gert.

Graue Kraft von Toggenburg;

Alles gůt iſt gar einwiht
Swa man ſiht
VVibes lib. Her VVernher von Túfen;
Der werlte gůt iſt mir einwiht.

Her Eberhart von Sax, monachus Dominicanus;

Swas dir aller menſchen zungen
Riches lobes ie geſungen
Das iſt alles doch einwiht.

ita can

ita caſtigaui, quod malè in menbranâ *ein niht*, contra vſitatiſſimam loquendi conſuetudinem, quæ ſex millibus amplius locis obuia eſt. Anonymus in Ecken Vsfart;

Er daht, min fehten iſt ein wiht,
Erſlag ich vil, es hilft doch niht.

ita & hunc locum reſtitui, vbi perperàm vulgò excuditur *ent wiht.* quod verbum Germania in hoc ſenſu nō agnoſcit: quibus *entuuihen* eſt profanare. N. von Grauenberg multò, quàm ceteri, longiùs abijt ab origine. nam rametſi & illis *ein wiht* binæ ſunt voces, tamen primigenium *newiht* magis agnoſcunt, quàm Grauenbergij *ain wiht* exempla ſunt in eo, quod de VVigolais compoſuit, poemate. vt;

Die rede, wan ſi iſt ain wiht. poſtibi;]
Ir ritterſchaft duht in ain wiht.

Sed condonandus eſt Sueuiſmus Equiti Sueuo. Veteri Pſalmorum Interpreti apud Lipſium; *nie wiht, prauum. nen wiht, nequam.* q. d. nullius rei aut pretij. alibi *beſwiht.* eidem Interpreti; *beſuuick, ſupplanta beſuikit, decipit. beſuuicheide, ſcandalum* Otfrido *biſuuichen*, decipere; & *biſcuiches* interpretatur Sathanas. Interdum *wiht* extra compoſitionem nequam & peruerſum ſignat. VVolfaram von Eſchelbach part. I. Heldenbuch;

Du arger loſer wiht.

Et part. II. eiuſdem libri;

Ir brechtent

Ir brehtent mich vmb den lib
Ir ſint zwen valſche wiht.

VVihtelin, recula, h. e. ſi ita liceat loqui, aliquidulum. Sic per contemptum appellatur, cuius nulla æſtimatio. Heldenbuch part. II. verba ſunt Wellæ gigantis ad Otniten Imp.

VVie haſt du mich erſchrecket
Du kleines wihtelin.

Nos diceremus, du kleins Schälmlin. Inde eſt *VVihtel* ludi genus apud veteres, captioſum & fallax. Noſter von Singenberge, Truchſeze ze Sant Gallen;

Swer weis vnd doch niht wiſſen wil
Der ſleht ſich mit ſin ſelbes hant,
Des wisheit aht ich zeime ſpil
Das man dü wihtel hat genant.
Er lat vns ſchowen wunders vil der ir da waldet,
Swer ſich niht in der vriſt verſtet wier ſchiere
das veraldet.

§. 5. *Enrüche wie die Pfaffen leben*) Noli curare ſacerdotum vitam: quorum doctrina, non vita inſpicienda, vt ait Tyrol. *En*, στερητικὸν *Rüchen*, curare. In veteri Interpretatione Regulæ Benedicti, *cura* exponitur *ruahcha*. & *neglegentes*, *ruahchaloſe*, h. e. incurij.

§. 7. *Das ſi den Pfaffen trügen has*) Quod factitatum Heinricorum tempeſtate, cùm Imperatores fulmine attacti Pontificali in ſacerdotes, abbates, & epiſcopos debac-

charentur. quam in rem querelæ hoc libro infinitæ. Heinricorum pertinaciam vocabant *hæreſin Heinricanam*, & qui Imperatores ſequerentur, *Heinricanos*. quos omnes Paſchalis II. in Concilio Romano, vel, ſi Nauclero fides, Florentino hæreſeos condemnauit anathemate verberatos.

§. 8. *Dú VVerre*) Diſcordia, a nomine Græco Ἔρις, quam pro Deâ coluit ſuperſtitio antiqua. quo in honore fuiſſe item alias obſeruo, quorum nomina ſcriptoribus iſtis Poeticè celebrata, velut *Ere*, Honor; *Selde*, Fortuna; *Minne*, Venus; *Liebe*, Amor; *VVerlte*, Mundus; *Milte*, Liberalitas, & ſimiles. Porrò *werra* vulgò bellum dicitur: vnde & enſi nomen *Wer*, qui FrancoGallis veteribus *guerrier*, q. d. bellator. Apud Strikere in geſtis Caroli M. Rex Palliganus;

Mir het Karle in minem riche
Groẑen werren gemachet.

Otfridus l. iv. c. xx. Euangel.

Joh er thie liuti alle
Spuani zi giwerre.

id eſt, ad rebellionem. propriè tamen diſſenſionem notat ac diſcrepantem animorum voluntatem. Ita VVinsbeke mòx;

Die zwiſchen frúnden werre tragen.

h. e. qui

h. e. qui inter amicos diſcidium volunt. ab eo *wirren*, offendere, excandefacere, bilem mouere. Graue Rûdolf von Núvvenburg;

So wirret mir niht dú not die ich lidende
bin.

Her Dietmar von Aſt;

Mir wirret niht ſin böſer kib.

Her Heinrich von Morunge;

Die nach fröiden ringent
Dien gewirret das.

VVerra Italis *gwerra*, FrancoGallis *guerra*. ad quod exempli *VVilhelmus, wadium, wardia, warenda, wadſpenda, hiuſa, Vdalricus*, quæ ſunt voces puræ putæ Theutonicæ, ab eiſdem illis ſcribuntur *Guilhelmus, guadium, guardia, gwarenda, gwatſpenda, giuſa* vel *giffa, Godalricus.*

§. 9. *Din núwes vingerlin) vingerlin*, anulus ad formam Græcam δακτύλιος. VValther von der Vogelvveide;

Swas ſi redent, ich bin dir holt
Vnd neme din gleſin vingerlin für einer Kuni-
ginne golt.

VVolfaram von Eſchilbach;

In einen rubin
Twanc ern, der iſt ein ſtein, das ſelbe vin-
gerlin &c.

Et part. 1. Heldenbuch;

Den fúrt er ze allen ziten
Ein vingerlin an der hant. Et part. 11.
Ich geb dir von der hende
Ein guldin vingerlin.

N. Von Grauenberg in Wigolais;

Ain vingerlin das lait er ſa
Der iungfröwen an der hant.

Din tögen) arcana tua. Herzoge Iohans von Brabant;

Das ich minnen mûs tögen.

id eſt, amorem celare. Idem;

——*Do mic hat gewunt*
Al in dat herze tögen.

Belgiſmum agnoſcis in Belgâ. Marggraue von Hohenburg;

So ſúfte ich mit lachendem munde alſo tögen.

i. clanculùm in pectore. Her VValther von Klingen;

VVeder offenbar noch tögen.

.i. nec palam nec clam. Burggraue von Lûnze;

VVahter wis hohes mûtes rich,
Seheſt ieman tögen zû dir gan
So ſprich vil liſe; wer get da?

 N. von

N. von Grauenberg in VVigolais, quid ſibi velit VVinſbekius, explicat his verbis;

Ain man ſol reht ſpehen
Das ſin iemand werd gewar,
E er mit tögen dingen dar
Komen, da es geſchaden mak.

VVolfaram von Eſchelbach part. 1. Heldenbuch;

Der Kriſtenheit gelöben
öchſi geleret wart,
Das ſchůf an alles tögen
Vater vnd můter zart.

verbum non intellexerunt, qui mutare auſi ſunt, pro eoq; ſubſtituere *tauben*, ſenſu incongruo.

§. 10. *Swer bi dir ein mere ſage*) *Mere*, oratio, qua ratione μῦθος ἀντὶ τοῦ λόγου, fabula pro ſermone. Otfridus l. III. c. XIII.

Theiz ni wurti mari
Thaz er Kriſtus wari.

mari, .i. geſagt. *gemeren*, verbis extollere, deprædicare; Interpreti Pſalmorum apud Lipſium; *Gomarda*, & alibi *gimarſada*, *mirificauit*.

§. 13. *VVas erē an den wiben lit*) Her Gotfrit von Nifen;

VVib vnd wibes gůte
Sendent werendes hohgemůte;

VVib kunnen fröiden wnder geben;
VVib kunnen fröide machen;
VVib kunnen fründe früntlich lachen;
VVib liebent manne lip vnd leben;
VVib was din trúwe wirde vnd ere git;
VVib du kanſt wenden
Leit, liep ſenden.
VVas an wiben fröide lit.

§. 16. *Ein blanker arn*) Vt. n. ponatur loco m. nihil eſt celebrius. ad rem Heinrich von Oftertingen;

Den ſchilt er zů dem arme warf:

Iocus eſt in ambiguo. mens; & ſi honore muliebrem ſexum proſequatur, fore vt mulieris candido brachio conſtringatur.

§. 17. *Du ſolt wiſſen das der ſchilt*) Vlrich von Liechtenſtein;

Swer mit ſchilden deken wil vor ſchanden,
Der ſol es dem libe von enblanden,
Des ſchiltes ampt git ere,
Im iſt bereit
VVerdekeit
Si můs aber koſten ſere.
Manlich herze vndet man bi ſchilde,

Zaglich

Zaglich mût mûs ſin dem ſchilde wilde,
Gegen wiben valſch der bleket
Swer in hat
An der ſtat
Da man mit ſchilden deket. & alio carmine;
Swer volget dem ſchilde der ſol es enblanden
Dem libe, dem gûte, dem herze, den handen
Des lonet vil hohe mit hohem gewinne
Dú vil werdú minne
Dú git fröide und ere
Wol ir ſüſſen lere
Si kan tröſten ſere.

Der ſchilt wil mit zúhten vil baltliche zellen
Er haſſet, er ſchúbet ſchande und ir geſellen,
Got nit enwellen das man bi im vinde
So ſchwechlich geſinde,
Er wil das die ſinen
Vf ere ſich pinen
In tugenden erſchinen.

Arge, und unfüge, und unfûre, die wilde
Gezimt niht dem helme, und tûch niht dem ſchilde;
Der ſchilt iſt endaht das niht ſchande kan deken,
Sin blic lert enbleken

An eren

An eren die weichen
Vor vorhten erbleichen
Dú varwe iſt ie zeichen.

En hil) abſcondo. Her V̊lrich von Gûtenburg;

VVas hilfet das ob ich es hil?

Otfridus ad Ludouicum Regem;

Giwiz ſô thaz ni biluh thih.

Particula *en* in eiuſcemodi verbis nihil ferè ſignificat, & videtur quodammodo otioſa atq. παρέλκειν, vt & Franco-Gallis quandoq. poſitam obſeruo ἀντὶ τοῦ g.

Nimt in ze hals) Clypeos ergò a collo ſuſpendebant, & quidem ſiniſtro. Anonymus in Parciual;

Vng cheualier qui arme porte
sa lance tenoit & ſon frain
Et ſon eſcu a la ſeneſtre. ibidem;
Et leſcu par la guige pant.
A ſon col & la lance prant. & ſtatim;
si la prant & ſi li enſaigne
Comment en doit ſon eſcu prandre,
Vn petit lo vait avant pandre
Tant quan cop do cheual lo ioint
Et met la lence ou fautre & point. &c.

§. 18. *Gamvret der Mêrin*) Tanhuſer, hiſtoriarum & antiquitatis peritiſſimus ſcriptor;

Sarmena;

Sarmena klegte gros ungemach
Das Gamuret als můſsigſas. & alibi;
Vnde ich ze male tuſent ſper
Zer tete als min her Gamuret
Vor Camuoleis mit richer loſt.

vbi obiter moneo pro *loſt* legendum eſſe *ioſt*, quæ vetus FrancoGallorum vox, Grauenbergio familiariſſima, hodie *iouſte*. Eques fuit ex *Maſſoniâ* Arturi Regis Britanniæ, quā Germani nuncupamus *Tavelrondiam*. Ex hiſtoriâ eius menbraneâ eleganter & antiquo charactere perſcriptâ paucillæ tantùm paginæ, neſcio quo fato ad manus noſtras peruenêre.

Der Môrin) Idem Tanhuſer;

Triſtran erwarb die Künigin
Von Marroch, als wir hôren ſagen,
Er Môrin was die Heidenin. &c.

In Triſtrami hiſtoriâ nil quidquam tale a me lectum. nec verò (quomodo mihi perſuadeo) ad Gamvredi Mauram attinet. Vidi hiſtoriam, cuius index *Die Môrin*, auctore Hermanno von Sachſenheim Eq. Germano, qui eâdem tempeſtate, qua Eſchilbach, Ofterttingen, Grauenberg, Winsbeke, & reliqui floruêre. An hæc noſtra ſit, id ego ignoro. Nam in exemplaribus, quantum videre fuit, frons illum, quem dixi, titulum præferebat; at verſa pagina hiſtoriam occœptat Equitis cuiuſdam *vom Turne*, quam Germaná veſte induerat Marquardus von Sax Eques & præfectus Montisbelgardi.

VVilt du im baltlich volgen nach) Vlrich von Liechtenſtein;

Der ſchilt wil mit zuhten vil baltliche zellen.

Nobilium quondā filij appenſione ſcuti, galeę impoſitione, & accinctione enſis in equeſtrē dignitatē lecti miniſtri illis adiuncti, alapâ & gladio in ius arma ferendi. Nec erat cuiuis licitum arma portare: adeò vt Fridericus I., in cuius comitatu noſter VVinsbekius, mercatoribus, qui animo negotiandi itinerarent, gladios permiſerit, non quibus accingerentur, ſed quos ephippio alligarent, aut inijcerent rhedæ: ruſticis & alijs omnibus prohibuerit, de Pace ten. lib. II. Feud. tit. XXVII. §. V & apud Othonem Friſingenſ. lib. II. de vita Frider c. XIII. Nunc moribus ius arma ferendi æquo iure nobilibus conceditur atq. ſeruis: id quod vulgò dicunt werhaft machen. Iuuenibus ita initiatis turpe atq probroſum erat domi deſidere, & melioris ætatis robur otio inhoneſto detercre. Gaſt;

VVas ſol ein iunger Ritter, der niht ritterſchaft begit.

Peregrè profecti omnia Chriſtianorum regna obibant, Regibus ac Principibus ab hoſte laborantibus ituri ſuppetias, contra infidos quum maximè Chriſtianiq. nominis hoſtes. Exempla ſuppeditat hiſtoria vetus, quæ modò compendifacimus. Illuſtre eſt illius, cuius non ita pridem hiſtoria producta, *ab Ehinheim*, Equitis Sueui; vt vetuſtius, ita illuſtrius *Hoygeri Comitis a Mannesvelt*; cuius vitam carptim perſtrinxit N. von Grauenberg. inter cetera oraculum illud velut ex tripode profatur;

Im Vas

Im was da haim vnmáre
Sich verligen ainen tak:
VVan mit gemach nieman mak
Gros ere erwerben,
Von reht ſol er verderben
Der da haim ſich verlit
Vnd ſich flizſet ze aller zit
VVie ſinem libe ſanft ſi:
Gros gemach iſt eron fri.
Swer ſich an eron wil erholn,
Der mûs benamen kumber doln,
Vnd vnderwilunt arbait &c.

Nec etiam Principes facilè in aulas admittebant, niſi vitâ peræquè ac ſtrennuitate probatos. quæ res deniq. dignitatis inuenit nomen , vt vni Equites *κατ' ἐξοχὴν ſtrennui*, geſtreng/ ſalutarentur. Hodie, malo labaſcentis Reipub. laudabilis ille Principũ rigor ita laxatus atq. remiſſus eſt, vt & ipſi quoq. in aliam partẽ nunc palmã poſſideant: nedum iuuẽtus, corruptis moribus, ſeuerâ lege proficiat.

§. 20. *Als din helm genem den ſtrik*) Galeas, quę Germanis *helmæ*, & *brinnæ*, interim *hûte* (nam veteres galeæ Frãcicæ pileis intectæ adhuc viſuntur) clauſas geſtabant Nobiles VVinsbekij æuo, loris vtrimq. dependentibus , vt picturę libri iſtius abunde teſtificantur. Corruptiorib. pòſt morib⁹, ambitione inter priuatos inualeſcẽre, inter ſuperiores auaritiâ, quũ cuncta dignitatum auro venire incœptarẽtur, etiã inſignia vilioribus data argento, atq. cõceſſa

 ſunt.

coætaneus ſcriptor, l. II. c.XVI. de Bello ſacro; *Iuſſu ipſius ſignifer, qui imperij eius ſignum omnibus in proeliis ferre conſueuerat, funus eius præcedebat. Hic lanceæ trunco interiorem illius tunicam, in modum trophei præferebat, altàm inclamitans; SALAHADINVS, ASIAE AC TOTIVS ORIENTIS DOMITOR, ILLVD VNVM SECVM DEFERT.* Boccatius per *interiorem tunicam* intellegit *pannum nigrum*. quem falſitatis arguunt Naūclerus & Iouius.

Ein wiht) Nomen hoc ferè deprauatum eſt, nec ab homine dum, quod ſciam, Germano quoquam perceptum. ego, quam vim habeat, id te docebo, & quo pacto ſæculatim deflexerit, etiam illud indicabo. *VVibt* priſcis Germanis, aliquid. Otfridus VViſſenburgenſ. ad Salomonem Epiſcopum Conſtantienſem præfat. Euangel.

Oba ir hiar findet ia wihtthes
Thaz wúrdig iſt thez leſanes. Lib. I. c. IV.
Vrant er wiht zin ni ſprah. L. IV. c. XIX. de Chriſto;
Ni gab im thin ſin thulti
Vuihtthes antwurti.

ita enim coniunctim legi debet. *ni wihtthes antwurti*, nullum reſponſum. quod non intellexit, qui diſpenni voluit, Flaccius: *Ni wiht* vel *Newiht*, non aliquid, nihil. Otfrido *ni*, Notkero & pleriſq. omnibus *ne*, pro non. eadem apud Latinos variatio. *niht* vtiq. compoſitum eſt ex *ni* & *iht*, haut aliâ, atq. apud Latinos, ratione *nihil* ex *ni* & *hilum*. *iht*, hilum. Interpres Regulæ Benedicti; *nihil, neonueht*; *ad nihilum, ze neouuehts*. Otfrido *niuuiht*, l. IV. c. XIX.

de falſis,

de falſis in Chriſtum teſtibus;

Quadun ſie iz gehortin
Thoſie niuuiht ſuartin. L. III, c. XIII.
Ni mag er thaz iſt al niuuiht
Findan uuehſeles uuiht. L. IV. c. XIX. de Archiſacerdote;
Bizenita thaz ſin uuirdi
Zi niuuihti ſcioro uuurdi
Ioh ſcolti uuerdan ital.

Nenuuiht, decompoſitum ex *ne* & *en* particulis, quæ fortiùs negant, pariter apud FrancoGallos, id a poſterioribus, cùm dynamin eius nequirent capere, mutatum in *neinuuiht*, & corruptiùs *einwiht*. Marggraue Otte von Brandenburg mit dem Pfile;

Vnminne dü iſt den einwiht
Der rehter minne gert.

Graue Kraft von Toggenburg;

Alles güt iſt gar einwiht
Swa man ſiht
VVibes lib. Her VVernher von Tüfen;
Der werlte güt iſt mir einwiht.

Her Eberhart von Sax, monachus Dominicanus;

Swas dir aller menſchen zungen
Riches lobes ie geſungen
Das iſt alles doch einwiht.

Ita ca-

ita caſtigaui, quod malè in menbranâ *ein niht*, contra vſitatiſſimam loquendi conſuetudinem, quæ ſex millibus amplius locis obuia eſt. Anonymus in Ecken Vsfart;

Er daht, min fehten iſt ein wiht,
Erſlag ich vil, es hilft doch niht.

ita & hunc locum reſtitui, vbi perperàm vulgò excuditur *ent wiht.* quod verbum Germania in hoc ſenſu nō agnoſcit: quibus *entuuihen* eſt profanare. N. von Grauenberg multò, quàm ceteri, longiùs abijt ab origine. nam rametſi & illis *ein wiht* binæ ſunt voces, tamen primigenium *newiht* magis agnoſcunt, quàm Grauenbergij *ain wiht* exempla ſunt in eo, quod de VVigolais compoſuit, poemate. vt;

Die rede, wan ſi iſt ain wiht. poſtibi;]
Ir ritterſchaft duht in ain wiht.

Sed condonandus eſt Sueuiſmus Equiti Sueuo. Veteri Pſalmorum Interpreti apud Lipſium; *nie wiht, prauum. nen wiht, nequam.* q d. nullius rei aut pretij. alibi *beſwiht.* eidem Interpreti; *beſuuick, ſupplanta. beſuikit, decipit. beſuuicheide, ſcandalum.* Otfrido *biſuuichen*, decipere; & *biſcuiches* interpretatur Sathanas. Interdum *wiht* extra compoſitionem nequam & peruerſum ſignat. VVolfaram von Eſchelbach part. I. Heldenbuch;

Du arger loſer wiht.

Et part. II. eiuſdem libri;

Ir brechtent.

Ir brehtent mich vmb den lib
Ir ſint zwen valſche wiht.

VVihtelin, recula, h. e. ſi ita liceat loqui, aliquidulum. Sic per contemptum appellatur, cuius nulla æſtimatio. Heldenbuch part. II. verba ſunt Wellæ gigantis ad Otniten Imp.

VVie haſt du mich erſchrecket
Du kleines wihtelin.

Nos diceremus, du kleins Schälmlin. Inde eſt *VVihtel* ludi genus apud veteres, captioſum & fallax. Noſter von Singenberge, Truchſeze ze Sant Gallen;

Swer weis vnd doch niht wiſſen wil
Der ſleht ſich mit ſin ſelbes hant,
Des wisheit aht ich zeime ſpil
Das man dů wihtel hat genant.
Er lat vns ſchowen wunders vil der ir da waldet,
Swer ſich niht in der vriſt verſtet wier ſchiere
das veraldet.

§. 5. *Enrůche wie die Pfaffen leben*) Noli curare ſacerdotum vitam: quorum doctrina, non vita inſpicienda, vt ait Tyrol. *En*, γερμανικῶς *Růchen*, curare. In veteri Interpretatione Regulæ Benedicti, *cura* exponitur *ruahcha*: & *neglegentes*, *ruahchaloſe*, h. e. incurij.

§. 7. *Das ſi den Pfaffen trůgen has*). Quod factitatum Heinricorum tempeſtate, cùm Imperatores fulmine attacti Pontificali in ſacerdotes, abbates, & epiſcopos debac-

 charen-

charentur. quam in rem querelæ hoc libro infinitæ. Heinricorum pertinaciam vocabant *hæreſin Heinricanam*, & qui Imperatores ſequerentur, *Heinricanos*. quos omnes Paſchalis II. in Concilio Romano, vel, ſi Nauclero fides, Florentino hæreſeos condemnauit anathemate verberatos.

§. 8. *Dû VVerre)* Diſcordia, a nomine Græco Ἔρις, quam pro Deâ coluit ſuperſtitio antiqua. quo in honore fuiſſe item alias obſeruo, quorum nomina ſcriptoribus iſtis Poeticè celebrata, velut *Ere*, Honor; *Selde*, Fortuna; *Minne*, Venus; *Liebe*, Amor; *VVerlte*, Mundus; *Milte*, Liberalitas, & ſimiles. Porrò *werra* vulgò bellum dicitur: vnde & enſi nomen *wer*, qui FrancoGallis veteribus *guerrier*, q.d. bellator. Apud Strikere in geſtis Caroli M. Rex Palliganus;

Mir het Karle in minem riche
Grozen werren gemachet.

Otfridus l. IV. c. XX. Euangel.

Joh er thie liuti alle
ſpuani zi giwerre.

id eſt, ad rebellionem. propriè tamen diſſenſionem notat ac diſcrepantem animorum voluntatem. Ita VVinsbeke mòx;

Die zwiſchen frúnden werre tragen.

h. e. qui

h. e. qui inter amicos diſcidium volunt. ab eo *wirren*, offendere, excandefacere, bilem mouere. Graue Rûdolf von Núvvenburg;

> *So wirret mir niht dú not die ich lidende*
> *bin.*

Her Dietmar von Aſt;

> *Mir wirret niht ſin böſer kib.*

Her Heinrich von Morunge;

> *Die nach fröiden ringent*
> *Dien gewirret das.*

VVerra Italis *gwerra*, FrancoGallis *guerra*. ad quod exempli *VVilhelmus, wadium, wardia, warenda, wadſpenda, hiuſa, Vdalricus*, quæ ſunt voces puræ putæ Theutonicæ, ab eiſdem illis ſcribuntur *Guilhelmus, guadium, guardia, gwarenda, gwatſpenda, giuſa* vel *giffa, Godalricus.*

§. 9. *Din núwes vingerlin*) *vingerlin*, anulus ad formam Græcam δακτύλιος. VValther von der Vogelvveide;

> *ſwas ſi redent, ich bin dir holt*
> *Vnd neme din gleſin vingerlin fúr einer Kuniginne golt.*

VVolfaram von Eſchilbach;

> *In einen rubin*
> *Twanc ern, der iſt ein ſtein, das ſelbe vingerlin &c.*

Et part. 1. Heldenbuch;

Den fürt er ze allen ziten
Ein vingerlin an der hant. Et part. 11.
Ich geb dir von der hende
Ein guldin vingerlin.

N. Von Grauenberg in Wigolais;

Ain vingerlin das lait er ſa
Der iungfröwen an der hant.

Din tögen) arcana tua. Herzoge Iohans von Brabant;

Das ich minnen můs tögen.

id eſt, amorem celare. Idem;

——— *Do mic hat gewunt*
Al in dat herze tögen.

Belgiſmum agnoſcis in Belgâ. Marggraue von Hohenburg;

So ſúfte ich mit lachendem munde alſo tögen.

i. clanculùm in pectore. Her VValther von Klingen;

VVeder offenbar noch tögen.

i. nec palam nec clam. Burggraue von Lünze;

VVahter wis hohes můtes rich,
sehest ieman tögen zů dir gan
So ſprich vil liſe; wer get da?

N. von Grauenberg in VVigolais, quid ſibi velit VVinsbekius, explicat his verbis;

Ain man ſol reht ſpehen
Das ſin iemand werd gewar,
E er mit tögen dingen dar
Komen, da es geſchaden mak.

VVolfaram von Eſchelbach part. I. Heldenbuch;

Der Kriſtenheit gelöben
öchſi geleret wart,
Das ſchůf an alles tögen
Vater vnd műter zart.

verbum non intellexerunt, qui mutare auſi ſunt, pro eoq; ſubſtituere *tauben*, ſenſu incongruo.

§. 10. *S wer bi dir ein mere ſage*) *Mere*, oratio, qua ratione *μῦθος ἀντὶ τῦ λόγυ*, fabula pro ſermone. Otfridus l. III. c. XIII.

Theiz ni wurti mari
Thaz er Kriſtus wari.

mari, .i. geſagt. *gemeren*, verbis extollere, deprædicare; Interpreti Pſalmorum apud Lipſium; *Gomarda*, & alibi *gimarſada, mirificauit.*

§. 13. *VVas erē an den wiben lit*) Her Gotfrit von Niſen;

VVib vnd wibes gűte
Sendent werendes hohgeműte;

VVib kunnen fröiden vnder geben;
VVib kunnen fröide machen;
VVib kunnen fründe frúntlich lachen;
VVib liebent manne lip vnd leben;
VVib was din trúwe wirde vnd ere git;
VVib du kanſt wenden
Leit, liep ſenden.
VVas an wiben fröide lit.

§. 16. *Ein blanker arn*) Vt. n. ponatur loco m. nihil eſt celebrius. ad rem Heinrich von Oftertingen;

Den ſchilt er zů dem arme warf:

locus eſt in ambiguo. mens; & ſi honore muliebrem ſexum proſequatur, fore vt mulieris candido brachio conſtringatur.

§. 17. *Du ſolt wiſſen das der ſchilt*) Vlrich von Liechtenſtein;

Swer mit ſchilden deken wil vor ſchanden,
Der ſol es dem libe von en blanden.
Des ſchiltes ampt git ere.
Im iſt bereit
VVerdekeit
Si můs aber koſten ſere.
Manlich herze vindet man bi ſchilde,

Zaglich

Zaglich mût mûs ſin dem ſchilde wilde,
Gegen wiben valſch der bleket
Swer in hat
An der ſtat
Da man mit ſchilden deket. & alio carmine;
Swer volget dem ſchilde der ſol es enblanden
Dem libe, dem gûte, dem herze, den handen
Des lonet vil hohe mit hohem gewinne
Dú vil werdú minne
Dú git fröide vnd ere
VVol ir ſüſſen lere
Si kan tröſten ſere.

Der ſchilt wil mit zúhten vil baltliche zellen
Er haſſet, er ſchúbet ſchande vnd ir geſellen,
Got nit enwellen das man bi im vinde
So ſchwechlich geſinde,
Er wil das die ſinen
Vf ere ſich pinen
In tugenden erſchinen.

Arge, vnd vnfüge, vnd vnfüre, die wilde
Gezimt niht dem helme, vnd tûch niht dem ſchilde;
Der ſchilt iſt endaht das niht ſchande kan deken,
Sin blic lert enbleken

An eren

An eren die weichen
Vor vorhten erbleichen
Dú varwe iſt ie zeichen.

En hil) abſcondo. Her Vlrich von Gůtenburg;

VVas hilfet das ob ich es hil?

Otfridus ad Ludouicum Regem;

Giwiz ſô thaz ni biluh thih.

Particula *en* in eiuſcemodi verbis nihil ferè ſignificat, & videtur quodammodo otioſa atq. παρέλκειν, vt & Franco-Gallis. quandoq. poſitam obſeruo ἀντὶ τοῦ g.

Nimt in ze hals) Clypeos ergò a collo ſuſpendebant, & quidem ſiniſtro. Anonymus in Parciual;

Vng cheualier qui arme porte
ſa lance tenoit & ſon frain
Et ſon eſcu a la ſeneſtre. ibidem;
Et leſcu par la guige pant.
A ſon col & la lance prant. & ſtatim;
si la prant & ſi li enſaigne
Comment en doit ſon eſcu prandre,
Vn petit lo vait avant pandre
Tant quan cop do cheual lo ioint
Et met la lence ou fautre & point. &c.

§. 18. *Gamvret der Mœrin)* Tanhuſer, hiſtoriarum & antiquitatis peritiſſimus ſcriptor;

Sarmena klegte gros vngemach
Das Gamvret als můßigſas. &c alibi;
Vnde ich ze male tuſent ſper
zer tete als min her Gamvret
Vor Camvoleis mit richer loſt.

vbi obiter moneo pro *loſt* legendum eſſe *ioſt*, quæ vetus FrancoGallorum vox, Grauenbergio familiariſſima, hodie *iouſte*. Eques fuit ex *Maſſoniâ* Arturi Regis Britanniæ, quã Germani nuncupamus *Tavelrondiam*. Ex hiſtoriâ eius menbraneâ eleganter & antiquo charactere perſcriptâ paucillæ tantùm paginæ, neſcio quo fato ad manus noſtras peruenêre.

Der Mórin) Idem Tanhuſer;

Triſtran erwarb die Kúnigin
Von Marroch, als wir hören ſagen,
Er Mórin was die Heidenin. &c.

In Triſtrami hiſtoriâ nil quidquam tale a me lectum. nec verò (quomodo mihi perſuadeo) ad Gamvredi Mauram attinet. Vidi hiſtoriam, cuius index *Die Mórin*, auctore Hermanno von Sachſenheim Eq. Germano, qui eâdem tempeſtate, qua Eſchilbach, Oſtertingen, Grauenberg, Winsbeke, & reliqui floruêre. An hæc noſtra ſit, id ego ignoro. Nam in exemplaribus, quantum videre fuit, frons illum, quem dixi, titulum præferebat; at verſa pagina hiſtoriam occœptat Equitis cuiuſdam *vom Turne*, quam Germaná veſte induerat Marquardus von Sax Eques & præfectus Montisbelgardi.

Im was da haim vnmáre
Sich verligen ainen tak:
VVan mit gemach nieman mak
Gros ere erwerben,
Von reht ſol er verderben
Der da haim ſich verlit
Vnd ſich fliʒʃet ze aller zit
VVie ſinem libe ſanſt ſi:
Gros gemach iſt eron fri.
Swer ſich an eron wil erholn,
Der mûs benamen kumber doln,
Vnd vnderwilunt arbait &c.

Nec etiam Principes facilè in aulas admittebant, niſi vitâ peræquè ac ſtrennuitate probatos. quæ res deniq. dignitatis inuenit nomen , vt vni Equites κατ᾽ ἐξοχὴν *ſtrennui*, geſtreng/ſalutarentur. Hodie, malo labaſcentis Reipub. laudabilis ille Principũ rigor ita laxatus atq. remiſſus eſt, vt & ipſi quoq. in aliam partẽ nunc palmã poſſideant: nedum iuuẽtus, corruptis moribus, ſeuerâ lege proficiat.

§.20. *Als din helm genem den ſtrik*) Galeas, quę Germanis *helme*, & *brinne*, interim *hûte* (nam veteres galeæ Frãcicæ pileis intectæ adhuc viſuntur) clauſas geſtabant Nobiles VVinsbekij æuo, loris vtrimq. dependentibus , vt picturę libri iſtius abunde teſtificantur. Corruptiorib. pòſt morib⁹, ambitione inter priuatos inualeſcẽre, inter ſuperiores auaritiâ, quũ cuncta dignitatum auro venire incœptarẽtur, etiã inſignia vilioribus data argento, atq. cõceſſa

ſunt. Nobiles verò, qui ab illis diſcriminarentur, galeas cœperunt coronare. quod & ipſum diu proprium nō fuit, quin & alijs fuerit permiſſum, vt Nobiles ad aliud iterum diſcrimen concurrere ſint coacti, & galeas aperire clatratim, cùm viliores clauſas eaſdem geſtitarent. Et hoc quò moribus noſtris deuenerit, in luce videmus. Lora illa, quæ plerumq. ab virginali manu, conſtringendis galeis ſeruiebant: vnde & nomen apud Germanos ſortita ſunt, vt *ſtrik* appellarentur. nonnumquàm *Helmlôr.* Anonymus in Gahmvret;

Die Helmlôr balt dar brahten
Damit ſi ſtrikt ſin helm. Infrà VVinsbeke;
Oder da der helm geſtriket iſt.

Heinrich von Oftertingen part. IV. Heldenbuch;

Den helm ſoltu binden bas
Ich vúrhte er trage vns has. Et poſteà;
Da traf in her Laurin
Do man die helm geſtriket.

Ab illis diuerſa erant, ne quis erret, *Harniſnûr*, quæ inſtitæ, quibus loricas accommodarent. Anonymus in Ecken Vsfart;

Den harniſch wil ich geben dir,
Die hoſen vnd die harniſch ſnir,
Den helm vnd ôch den ſchilde. ibidem;
Sin ſwert das legt er vf die knieg,

Schilt, helm, er an dú ſidel hieg,
sin harniſch ſchnúr danne.

VVolfaram von Eſchelbach part. II. Heldenbuch;

Do enſtrikte ſi den herren
Dú frôwe lobſam,
Schilt vnd ſwert mit eren,
Helm, Halsberg ſi da nam.

Qui me locus ad veritatem perduxit: cùm priùs opinarer, *helmſnûr* non fuiſſe inſtitas ſiue faſcias, ſed ipſaſmet loricas ex funiculis contextas, qualeis memineram olim in ædibus paternis vidiſſe.

Sitze eben) Recto & fixo corpore equo inſide, pedibus dependentibus. at in agitando ad curſum, corpus paululùm inclina verſus antilenam, pedibus ad equi collum protenſis. N. von Grauenberg in VVigolais;

Er rait es in den walan,
Darnach in die rabine,
Er lie die shenkel ſine
Ze rehte fliegen gen der man:
Swer nu ritter prieven kan
Vnd an in rehten pris erſpehen
Er mûs im ganzes priſes iehen.

Stapias habebant quidem Germani veteres; ſed verò Principibus gnati ac Nobilibus, ſeſe adſuefacere ſolebãt, equos conſcendere ſine ſtapijs, vt, ſi res poſtularet, arte

vterentur. VVolfaram von Eſchelbach part. II. Heldenbuch de VVolfdieterich;

Sin ors das gûrt er herte.
Der vnuerzagte man,
Vnd das es an der verte
o̊ch zúrnen do began;.
An ſtegereif geringe
Er in den ſattel ſprang,
ſin ors tet vúnfzehn ſprúnge
ieglicher zwo klafter lang. poſtibi;
An ſtegereif der freige
Do in den ſattel ſprank,
Des ſagt dú ſchöne ameige
Ime gar groſſen dank. mox;
Nach ſinem ors er greif
Des hab er immer dank,
Verwaffet an ſtegreif
Er in den ſattel ſprank.
Do weinte innicliche
Dú edil Keiſerin zart,
Si ſprach; Otnit der Keiſer riche
Sprange glich diner fart.

Anonymus, aut fortean idem auctor, part. III. Heldenbuch de Theodorico Veronenſi;

ſin ors

Jin ors man im do brahte
Das gürtet er nu bas,
Gar bald er ſich bedahte
An ſteigreif er druf ſas.

Strikere in geſtis Caroli M.

Der Keiſer vf ein ors ſprane
Vil rincliche ane ſtegereis.

Den walt) ſiluam, h. e. lanceam, ſariſſam. N. von Gravenberg in VVigolais;

Vil mänger richen ioſt des walt
Da wart mit manger abgevalt.

VVinsbekius filium inſtruit, quo modo haſta ſit vibranda. præceptum obſeruauit VVolfdietrich apud Eſchelbach part. II. Held:

Er ſwang das ſper do lange
vber den ſattelbogen,
Der edel Fürſte werde
Rant gegen in hindan,
Er felt ir zů der erden
Do mer dan ſebtzig man.

Sper, lancea, a rotunditate, ſphæra.

Top elſpil) Idem Eſchelbach part. II.

Do ſamleten ſich die Heiden
Gemiſchet ward die ſhar,

Si zugen anbeſcheiden
Gegen den Kriſten dar:
Do hůb ŏch ſich der topel
Vf einen witen pallas &c. Et part. II.
Vor Conſtantinopel
Geſcheh ein herter ſtrit,
Do hůb ſich ŏch der topel
Do an der ſelben zit,
Mit armbrůſt vnd mit bogen &c.

Tralatio a ludo ad rem bellicam. de quo ludi genere part. I.

Das lůder vnd topelſpil
Karten vnd verzeren vil.

§. 21. *Ors*) equum, hodie *ros*, μετάθεσει τοῦ r. Exempla paſſim obuia ſunt. vide, ſi tanti, quæ ad §. 20. adduximus. N. von Grauenberg in Vigolais;

Sins ŏrſches er mit dem zŏn pflag. inibidem;
Das ŏrſch an dem zŏme
Begund ſnarren vnd ſtreben. alibi;
Vf ſin orſch ſas er.
Das was ſtark vnd gůt. item;
Sin orſch nam er mit den ſporn. Et poſteà loci;
So nemen ain ŏrſch das ich han.
Beſſer denne hundert mark.

1. melior centum equis. *mark* idem quod ors. Eodem libro;

Do trůg in ſin ſchön mark.

vnde *marſcalcus*, equorum curator.

Ze nageln vieren) Erant enim lanceæ τετρακέφαλοι ſeu qradricipites, quod in picturis eſt videre: FrancoGallis *des quater poincts*. ex eo *poynder*, haſta, lancea. N. von Gravenberg in Wigolais propriè ad iſtum locum;

Ich han ir ſhlichen wol erſehen
VVie ſi nach gůt kunnen ſpehen
So ſich der poynder wierret
Vnd ſi dú ſtat nit ierret
Da mag verlieſen wol ain man
Der nit mit ritterſcheft kan. &c.

VVinsbekius filio præcipit, lanceam collimare in aduerſarij pectus aut loricæ iuncturas· id ſemper obſeruatum a peritis ac ſtrennuis militibus. Eſchelbach part II. Heldenb.

VVolfdieterich der kůne
Der ſlůg den groſen man
Do vnden bi der bruſte
Gab er im einen ſlag. & alio in certamine;
Do ſprang der wol gezogen
Vber den hof hindan,
Ob wendig den ſattelbogen.

Er do den groſen nan,
Er fůrt in von dem marke
Aht klafter do zů hand
Mit einem ioſte ſtarke
VVarf er in vf das land.

At verò gladijs quando res gerebatur, obſeruaui veteres ferè hypochondriaca petijſſe. eâdem part. II.

Do niden in der weiche
Traf in der kůne tegen
Mit mangen herten ſtreiche
Gund er ſin do pflegen.

N. von Grauenberg de VVigolais;

Das ſwert begund er ſlaichen
Vnder ſinen ſchilt hin
Vnd ſtach in zů dem gern in
Ain wnden dú was wit.

§. 23. *Velſcheleren*) Suprà dixerat, *zungeleren.* Dietmar der Sezzer;

Swer ſich mit trúwen wil betragen, der ſol ſich hůten vor den valſchen zungen.
Die die lúte da grůſen in der maſſe als der vns Criſt verriet.
Ir herzen můzen kranůtz nagen.

§. 24. *Angen*) antiquè pro *angeln*, angulis, quibus alliꝗ gata lingua.

Schus rigel für) VValther von der Vogelvveide;

> *Hütent úwerre zungen*
> *Das ziemt wol dien iungen:*
> *Stos den rigel fúr die túr,*
> *La de kein böſe wort dar fúr.*

Sententia eſt Ieſu Strachi Eccleſiaſtic. XXVIII. v. XXVIII. & ſeq.

§. 25. *Beſſer iſt gemeſſen ſwir)* Prouerbialis ſententia; *Eſt beſſer zweimal gemeſſen, den ein mal das beſt vergeſſen.*

§. 26. *Du ganc niht vngebetten*) Tranſtulit Catonis ſententiam apud Dionyſium lib. de Moribus ad Filium; *Antequam voceris, ad conſilium ne acceſſeris.*

§ 29. *Ante ir beider ê*) Vt malit ambobus carere, quàm alterutrum eligere. *Anen*, carere, deſiderare. Nithart;

> *Sumer, diner liehten ögen weide*
> *Müs ich mich der anen.*

Aliquando cauere, vitare. Otto vom Turne;

> *Durh ſi wil ich mich anen*
> *Vil miſſetat* ——— *Entanen*, fraudare. Her VVernher von Túfen;

> *Da bi hat mich entanet miner ſinne.*

Tribuitur etiam animo, quum ſpe cadit ac lubentiâ. Vlrich Schenk von VVinterſtetten;

An dem müt ich ſige.

N. von Grauenberg in VVigolais;

Ir ſwære begund ſtigen
Vnd ir frôde ſigen.

Lanceas geſtabant arrectas, quas cùm derigerent in adverſarios, dicebantur *ſigen*, h.e. inclinare. Vetus Pſalm. Interpres apud Lipſium; *inclinato, geſigenero.* Idem Gravenberg;

Vf den herren Gawain ſaiget er
Durh den ſchilt mit ſinen ſper. item;
Die clävie er ſigen lie
Reht durh ſin herz er in ſtach.

§. 32 *Vf ſin ſat*) ſatum. hodie *ſamen*, quod & ipſum Latinorum eſt ſemen. Vlrich Schenk von VVinterſtetten;

Soſt des veldes ögenweide
VVol gezieret mit der grünen ſat.

VValther von der Vogelvveide;

Dú Milte lonet ſam du ſat.

Heluetij retinemus.

§. 33. *Stúren*) regere. *ſtúrman*, gubernator nauis, nauclerus *ſtúrrüder*, clauus quo nauigium moderatur. Tra-

 latum

ſatum verbum ad Rempub. ea naui comparatur, in qua ciues vectores. Vt igitur nauigantes, imminente periculo, nauclerum iuuant remigando, ita ciues magiſtratum, ſi ſaluam Rempub. velint. eſt verò clauus Reipub. pecunia.

§.43 *Min dol*, dolor. Her Gotfrit von Niſen;

—— *Brande Si mich niht, ſo hete ich ſenſte dol.*

Anonymus in Parciual;

De dol & dire enflammee.

Idem; —— *grand dol menant.*

Dol, doleo, patior. Her N. von Gliers;

Ich klage mich vil leide
Die ich ſender dol.

Her Iacob von Watte;

—— *Vil manigen langen ſtrengen kumber dol.*

Her Heinrich von Veldig;

Dú mich dur dú rehten minne lange pine doln liet.

Verbum Heluetijs incorruptum, Veteri Pſalm: Interpreti apud Lipſium *tholon*, Tran. Rhenanis *dulden*, q. dolden, a dolendo.

Zweier ſorgen bar) *Bar*, liber, franc & livre, frey ledig vnd los. nihil celebrius hoc libro. Herzoge Iohans von Brabant:

Tunt mich ſorgen bar.

Her Gotfrit von Niſen;

Nu iſt

Nu iſt dú gûte valſches bar. idem;
Bar min herze in bernder wnne. eopte carm.
Nu ſtet dú liebe heide bar
Der wnneklichen blûmen. VVinli;
Si hat mich zemale, vnd bin ich ir bar.

Pariant inter ſe, *wankelbar, wankelvri; ſeldenbar, ſeldenvri; wnnebar, wnnevri;* &c. apud Gliers, *leidesbar, lonesbar, ſinnebar*, quod Her Vlrich von Gûtenburg *ſinnesvri*. Notkerus in Pſalm. cxxxvi. *Ter dia erda geféſtenôta ôbe uuázere. tar sî bár iſt, târ iſt ſi óberôra demo uuázere. Enbaren*, mancipio dare. Her Vlrich von Gûtenburg;

Ich ergib ê mich vnd enbar
An ir genaden gar.

en, particula priuatiua, vt Græcorum *ἐν*, Latinorum *in*, hodie *ent*. *Baren*, gnati, a libertate, vnde & *Liberi* Latinis: Chaldæis & Ebræis בר *bar*, a quo פרע *libertas*, an a verbo ברר *barar*, eligendo? certè electi ſunt, qui ingenui ac liberi: & primigenium verbum Germani ante hos etiam CCCC^tos^. annos agnoſcebant. VVolfaram von Eſchelbach part. II. Heldenbuch;

Lant mich úwer hulde
Vil edeles vúrſten baren. ibidem;
Den rat lobt do geliche
Vil manger mûter barē. & aliquot thematijs retrò;
Do vor wôl úch behûten
Der reine megte baren. Stri-

Strikere in geſtis Caroli M.

Ich bite dich reiner mægde baren.

.1. Virginis Mariæ fili. quo nomine ſalutatur a Dauide Pſalm 1. vide, ſi tanti, quæ diximus ad Valerianum, & hæc adde Pari ab origine Ægypti quondam Reges, *Pharaones* dicti, κατ᾽ ἐξοχὴν, quia *liberi ſunt Reges a vinculis, neq. vllis ad pœnam vocantur legibus, tuti imperij poteſtate*, ait Ambroſius Apolog. Dauid. cap. x. Apud veteres Germanos *Baren*, Barones, erant liberi Domini, qui nullam vnquam ſeruitutem ſeruijſſent, poſterioribus voce ſemi Latinâ ſemiue-Germanâ *Sempervri*. quorum potentia & magnus dominatus Principis deniq. impetrauit nomen, non apud Germanos modò, ſed Gallos, Britannos, alias gentes. Cicardus Abbas de Interpretatione verborũ; *Baro, dominus vel princeps.* Suidegerus Chron. Franc. *Abbates in antiquis hiſtorijs non ſunt monachi vel religioſi, ſed barones magnateſq. ſæculares, quibus abbatias vel monaſteria princeps dat ad tempus, vel quoad vixerint.* Bidellius monach. ord prędicat. tractatu de Corpore Chriſti, quem manus impudens Thomæ Aquinati adſcribere non eſt verita; *Ad petitionem quorundam prælatorum & baronum quaſi coactus*, &c. Eſchelbach part. 11. Heldenb.

Do antuuort im gar balde
Der ellentriche baren.

Ellentriche baren, præpotens princeps, familiares huic ſcriptori voces. Plura exempla ſcriptores Germani, Gallicani, Britanni ſubminiſtrabunt. Ceterùm priſcâ linguâ Gallorum *Barones* dicti milites principales, quibus onus

militiæ remiſſum vacatioq. muneris præſtita erat, die gefreyte Rott. In eo ſignificatu reperitur apud Hirtium vel Oppium. Stulti autem ſunt & veri barones, qui hos *Barones* interpretantur ſtultos. quippe qui vt origine, ita ſignificatione differant. *Baro* apud Hirtium vox Gallicana eſt hominem liberum ſignans, ab Ebræo, vti dictum, בַּר, *liber:* apud Lucillium verò, Ciceronem, & alios *Varo* Punica vox eſt, hominem bardum notans, ab Ebræo בער *bahar*, ſtultus. quod Rabbini deducunt a בְּעִיר *behir*, iumentum vel pecus; tamquam pecuinus. vnde Germani eſt vt farren vocarint boues. eâdem operâ & Iani Druſij reiectatur opinio, exiſtimantis *Baronem* dici ab Ebræo בור *bur*, qui Hilleli & Eliæ Leuitæ ſtultus. Nonnumquam *Bero* poſitum obſeruo ἀντὶ τοῦ *Baro*. quod non rectè quibuſdam in locis mutatum. Gloſſæ vett. Gallico-Lat: *Ber, baro & vir.* Cæſarius Heiſterbacenſis lib 1. de Vita Engilberti Epiſcopi Colonienſis cap. L. *Videtur mihi inprimis antiſtitis noſtri vocabulum, quoddam futuræ beatitudinis eius fuiſſe præſagium. ex Teutonico enim Latinoq. compoſitum, Angelicam ſonat libertatem, ſignificans Engelbertum de iugo peccatorum per mortis neceſſitatem ad Angelicam migraturum libertatem. Engelbertus, Engelbero*; quâ facie *Adelbertus*, *Adelbero*; *Iſambertus*, *Iſambero*, καὶ ὁμοιοτέλευτα. Et erat Auentinus, qui aliter exponit. Re verâ tamen diſcriminata ſunt vocabula. illud origine Germanum, hoc Latinum. *Ber* aio priſcos dixiſſe, qui Latinis *vir.* alijs βαρβαρίζουσι *ver* In Vet. Inſcript Curienſi; VECTOR. VER. INLVSTER. PRESES. Inter maiorum ſollemnia v. mutari in b. Ait Gloſſarius;

 baro,

baro & vir. non falſò. nam confuſa hæc ab imperitis & exaduerſùm *Baro ἀντὶ τοῦ Bero*, in Legibus Salicâ, Ripuariâ, & Langobardorum. *Sagebarones*, (qui perperàm alibi *Sagbarones*, *Sacebarones*, *Salebarones*, *Sachibarones*) erant viri prudentes, quorum ſententię eam auctoritatem tenebāt, vt grauionibus, veluti Prætoribus apud Romanos a Iureconſultorum, recedere ab reſponſo eorum non liceret, vt eſt conſtitutum L. Salicâ tit. de grauione occiſo, §. IV. Verba ſunt; *Sagebarones in ſingulis mallebergijs plus quàm tres eſſe non debent; & ſi de cauſſâ illi aliquid ſanum dixerint, penitùs grauio nullam habeat licentiam remouendi. Sagesbarons*, ſicut *ſagesfemmes*, voces ſunt RomanoGallicæ. *Sage*, ſapiens; Arabibus *ſaga*, Etruſcis ac Sabinis *ſagni*, Ebræis שגיא, magnus, amplificus. prorſus ad rem. Sapientes enim populo magni ac reuerendi. hinc & *ſagæ* dicti ſacrificuli, D. Hieronymo teſte, feminæq. fatidicæ. Reſtat *Barſcalci* nomen; quod tibi, Marq. Frehere, vt minerual, quod publicitùs ſpoſpondiſti, merear, explicabo. Scias, *Barſcalcum* eſſe liberum ſeruum, *vrikneht*, *vridieſtman*, *vrilehenman*. Comites, Barones, Nobiles *ſcalcis*, h. e. miniſtris bene de ſe meritis beneficia præſtabant, agros, ſiluas, domos, cum liberâ facultate vtendi fruendi pro libitu: nec Dominis tenerentur ad alia officia, quàm corporis & imperij tuitionem. quod beneficij genus *hoba ingenua*, *vrihof*, h. e. franca atq. libera: cui repugnat *hoba ſeruilis*, qualis caſatorum an caſalium , qui Dominis ad ſeruitia quæcumq., quocumq tempore poſtulata, adſtricti. At *hoba tributalis*, *zinshof*, cenſualis, certâ redituum ac cenſus conditione donata, tradita, aut, vt illo verbo vtar, repræſtata. Hæc pro re natâ; negotium ſuo loco, cum Deo volente, exſecuturi.

§. 35.

§.35. *Driſſec iar ein tore gar*) Iuxta verbum vetus;

VVer vor xx. iarn niht húbiſch wirt;
Vor xxx. iarn niht ſtark;
Vor xL. iarn niht wizig;
An dem iſt alle hofnung verlorn.

Reinmar von Zvveter;

Ein zwelfiar alter iungeling,
Stille, zuhtig, dieneſthaft, das ſint drú hŏbet ding
Dú des vrkúnde gebent
Das man ſich fúrbas mag an im verſehen
ob er kome an die zwenzig iar
Das er gemeine vnd ŏch geminne werde; vnd wirt das war
So lerent in dú vier vnd zweng iar zuht vnd manheit ſpehen;
Vnd kome er danne z ſinen driſeg iaren
so ſol er ſtete vnd genzer trúwen varen.
Habe ſich kintliche e vergabet
Das ſol er búſſen mit der râte
Die lip vnd gût zegebenne hant
VVie ſchone er danne dien fúnfzeg iaren nahet.

§.37. *Du ſolt kúſcher worte ſin)* Cane peiùs & angue fugienda adoleſcenti, qui in aulâ degit, colloquia ſpurca

 & obſce-

& obſcena, corrumpunt enim bonos mores. (ait Apoſtolus) & tenellum adhuc atq. infirmum animum haut difficulter abducunt a tramite caſtitatis. vt vina appoſita etiã non ſitientem incitant ac mouent; ita ſunt ſermones impudici, qui vel caſtum animum, ſed necdum caſtigatum, adhærent aliquando atq. impellunt. Proinde maiores noſtri, caſtiſſimis moribus ac pudicitiâ populus, ſeruos, qui turpia in præſentiâ adoleſcentum protuliſſent, graviſſimæ pœnæ ſubiciebant, nec item adoleſcentes, qui turpia vel auſcultaſſent libẽter, vel ipſi prolocuti fuiſſent, impunes abibant. Quam diſciplinam iam ſuo & VVinsbekij æuo neglegi cœpiſſe, queritur Walther von der Vogelvveide, optimus vitiorum cenſor ac morum caſtigator acerrimus, his, quos non pigrabo adſcribere verſibus;

VVer zieret nu der eren ſal?
Der iungen ritter zuht iſt ſmal,
So pflegent die knehte gar vnhöveſcher dinge
Mit worten vnd mit werken öch,
Swer zuht hat der iſt ir göch:
Nemet war wie gar vnfůge fúr ſich dringe:
Hievor do bertet man die iungen
Die da pflagen vrecher zungen,
Nu iſt es ir werdekeit.

Gegen den vienden hohgemůt) Hunc locum manifeſtò imitatur Grauenbergius, Gavvanum introducens dare præcepta viuendi filio ſuo VVigolailo Corinthiorum Regi. Verba Gavvani ſunt;

Den vi-

Den vigenden tragen hohen mût,
Den frûnden ſint geſelleclich
Vnd milt, ſo wert ir lobes rich.

Eſchelbach part. 1. Heldenbuch;

Otnit der ſprach geſuuinde,
VVer ſine viend ſpart
Vnd ǒch erzúrnt ſin frúnde,
Der iſt niht wol bewart;
Er mag ze allen ſtunden
VVol groſſen ſchaden han &c.

§. 18. *Swerzer danne ein Sur*) atrior *Syro*, id eſt, Æthiope. *Sur* de Diabolo, Tertulliano *Sor*, lib. 11. aduerſ. Marcionem; *In perſona autem Principis Sor ad Diabolum pronunciatur; Fili hominis ſume planctum ſuper principem Sor* &c. Apud Ezechielem ſcribitur צֹר, quo nomine Tyrus hodie indigetatur ab Iudæis & Arabibus, a caliditate, opinor, regionis. Interpres Vocum Biblicarum; *Seor, calens aut meridianus* &c. quæ aduſtione ſuâ atritatem ac nigredinem inducit corporibus. vnde *Syria* quoq. nomen accepit, Germanis veteribus *Surie*, Stephano Byzantino Σώρα. *Sur* itaq. *Syrus*. appellatio multis gentibus communicata, Ægyptijs, Mauris, Indis, Æthiopibus. Erant autem duûm generum, *albiani* & *nigri*. De albianis Heſychius; Λευκόσυροι, Βαβυλώνιος λευκόχροος. & Hermolaus Byzantinus epit. Stephani; ἤγουν Καππάδοκες ἀμφότεροι, οἵ τε πρὸς τῷ Ταύρῳ, οἵτε πρὸς τῷ Πόντῳ μέχρι νῦν Λευκόσυροι καλοῦνται. De nigris Iohan. Ianuē-

ſis in diction. ex veteri auctore; *Syriaca dicitur vitis vel vua, vel quia de Syria allata eſt, vel quia nigra eſt*. Badebornenſis quidam in Itinerar. Hieroſolym. cap. Lxxxv. de Syris Baldebinis; *Sie leben als das wild vihe mit ſwarzen angeſiht, bartet, vnd freyſan*. Strikere in geſtis Caroli M.

In der ſwarzen Surie.

Nigri Syri, Mauri, Æthiopes. ita *Aegyptij*. Paulus epit. Feſti; *Aegyptiacos, Aethiopas*. Petronius apud Terentianũ;

Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci
Aegyptius choreutes.

Et in Satyr. *puer Aegyptius*, qui eidem atq Luciano *Alexandrinus*, pro Syro, Æthiope. Apud eumdem Terentianum, *Memphitides puellæ*, Syriſcæ, ex eodem Petronio. Suetonius de Auguſto lib. II. *Cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles vndiq. conquirebant, præcipuè Mauros & Syros*. Iſidorus Petronium explicans in Origin. ſcribit; *Mauros habet tetra nox corporum* &c. Et Apuleius de Indis lib. I. Florid. *In corpore color eſt noctis*. Germani Equites cùm ex Syriacâ expeditione pueros nigrantes, qui eſſent in delitijs, ſecum abduxiſſent, inoleuit vt homines nigros communi Syrorum nomine appellarent, quos hodie Maurorum, *Moren*.

§. 40. *Slafender vohen*) Sententiam tranſcripſit Gravenberg in Wigolais, vbi de Hoygero Comite Manneſveldiano;

Wer-

Swer ſich an eren wil erholn
Der mûs benamen kumer doln
Vnd vnderwilunt arbait,
Es wirt ſelten hirz errait
Mit ſlafenden hunden
Geſchiht mit ſpiſe ſelten gût &c.

Gloſſ. vett. *Talpa, voond.* VVinsbekio *vohe,* felis. Sunt *voben,* pelles felium ſilueſtrium. Friderich der Kneht;

Nu ſihe ich an ir mûte
Geb ich ir an ir hûte
Eine vehe chúrſen gûte.

vnde pariter, qui dicatur *Kúrſner,* pulchrè vides.

§. 41. *Gebergen niht den lib)* ſeruare a periculo. ita Saxones hodie; *Se ſint geborgen,* ſeruati ſunt a periculo. inde *halſperge* nomen veriſſimè deduxit Freherus, quæ Franco-Gallis hodie *garde bras.* A veteri Pſalmor. interprete *geberge* exponuntur cubilia, & alibi *legerſtede.* rectè: & ſic *hereberga* vocatur caſtrorum ſtatio, vbi exercitus munitur & conſeruatur ab hoſtium iniurijs. hodie pro omni diverſorij loco, vt Gallis quoq. & Italis, in quo peregrinantes ab iniuriâ tempeſtatum ac latronum defenduntur.

Enblanden an den liden) Enblanden verbum illius ſæculi. Vlrich von Liechtenſtein;

Swer

Swer mit ſchilten deken wil vor ſchanden
Der ſol es dem libe von enblanden. Nithart;
Kint lant ú den reien wol enplanden
Der löſe ú wer herze vs ſenden banden,

Graue Chůnrat von Kilchberg;

Das ein wiblich wib erkande
Stetes vnd vnſtetes mannes mût,
Vnd dú gûte ſich niht enblande.

Ex quibus exemplis id colligitur, ſignificare voluntatem ac lubidinem in re gerendâ.

§.42. *Mit diſen valſcen füren zwein*) ſc. lůder vnd ſpil. nota vox. Graf Albrecht von Heigerlô;

Der werlt fûr iſt niht wan ein gelangen.

Brůder VVernher ad Gregorium PP.

Das man ſo vil der diner ſchafe in Ketzer
v âre weide ſiht.

§.48. *Habedank*) Prouerbialiter. Graue Kraft von Toggenburg;

VVurde mir ir habedank.

Graue Otto von Bottenlôbe;

VVirt mir da von ein habedank.

Her Heinrich von Sax;

VVurde mir ir minneklicher habedank.

N. von

N. von Sachſendorf;

Der frŏve ſich vnd habedank.

Friderich von Sünenburg;

Vnd hete ich hübeſchen habedank.

§. 50. *Flúch das dich iht binde ein bant*) *Bant, bannum,* propriè Pontificis: *Acht,* proſcriptio, Imperatoris. Her N. von Gliers;

Ich wolde ins riches ahte ſin,
Vnd vallen in des Babſtes ban.

paſſim alij. Reſipit *bannum* meram Germaniam: quibus *band,* vinculum; ἀπὸ τȣ̃ *binden,* vincire. a conſequenti notat prohibitionem: quia qui transgrediuntur, quæ leges prohibent, in vincula coniciuntur. nonnumquam rem vetitam: vt in illâ inueſtituræ formulâ; ban vnd wildban. itidem ſimiliter banwin / in Epiſcoporum & Abbatum territorijs, quum ſubditi ab hederâ ſuſpenduntur, dum Pontifices vina vendiderint ſua, quod menſe Maio aſſolet. in etymo ludit Winsbekius & noſter von VVengen. cuius verba, quando ad rem faciunt, adſcribam. inſit;

Ir welhen rehten wen die Pfaffen vnd die leien leben.
VVen ſi dē Babeſt, den vns Got ze Vater hat gegebē,
Niht eren, vnd ſin gebot
Vollenden, vnd volgen des er leret:
Man ſol in lan genieſſen
Das er wol dú Kriſtenheit mag binden vnd enbinden.

Ban

Bannen,bannire, propriè ligare præuaricatores. eſt verò vinculum Pontificis, anathema.

Reinmar von Zvveter;

Swer bannen wil vnd bannen ſol
Der hûte das ſin bāne iht ſi vleiſchliches zornes vol;
Swa fleiſchlich zorn in banne ſteket, das da iht Got-
tes ban,
Swes ban mit Gotte iſt vnd nach Gotte ſi vnd nach
Gotte,
Der wirbet wol nach Gotte alſam ein geſanter Gottes
botte,
Swer des bānes niht ē fürhtet der iſt niht ein wiſer mā
Der vnder ſtole flúchet, ſchiltet, bennet,
Vnd vnder helme rōbet vnd brennet,
Der wil mit beiden ſwerten ſtriten:
Mag das geſchehen in Gottes namen,
so darf ſich ſante Peter ſchamen
Das er des niht enpſlag bi ſinen ziten.

Marner ſuper eâdem re;

Got helfe mir das minú kinder niemer werden alt
Sit dar es in der werlte iſt ſo iemerlich geſtalt:
VVie ſtet es vber driſʒig iar, ſit man die Pfaffen
ſiht ſo ſere ſtriten.
Sagt mir der Babſt von Rome, was ſol ú der krumbe
ſtab.

Den

Den Got dem gůten Sant Peter vns zebinden gab?
Stol vnd infel gab er dar, das er vns erloſte von ſün-
den zallen ziten:
Nu ſint die ſtole worden ſwert
Die vehtent niht nach ſelen, nu wan nach golde.
Wer hat üch Biſchof das gelert
Das ir vnder helme ritent, da dü infel ſünen ſolde?
Vwer krumber ſtab der iſt gewahſen zeinen langen
ſper:
Die werlt habt ir betwngen gar, üwer můt ſtet
anders niht wan GIB EHT HER.

Innominatus Imperatoris Cancellarius;

Die Pfaffen vürſten ſint ir wirden teil beröbet;
Vür infel, heln; vür krumbe ſtebe, ſtehte ſpieſſe vnd
ſcharpſü ſper;
Vür ſtolen, ſwert; vür albe ein plat, ſint in erlöbet;
Halſperg, gupfen, gollier, barbel, ſint ir umbler;
Miſſachel hin, her wapenrok; hin bůch, har ſchilte
breit;
Vmb münches blat ein krülle; ein krone vmb num-
nen höbet,
Da vmbe ſweifet warü hohvart, valſchü heiligheit.

Der ſünde meil) *Meil*, macula. Latinam vocem Germani more ſuo ſolentes contorſerunt. Chůnrat der Schenke von Landegge;

Der vil reinen ſteten ſinne
Frigent ſi vor allen meile. Otto uon Turne;
——*VVand der geſchůfe*
Die klaren ſô wandels fri, das ſi nie meil berůte.

N. von Grauenberg in VVigolais;

Der Prieſter was ane mail
Vnd ledig aller bozheit.

Anonymus in Ecken Vsfart;

Es gwan von ſiegen nie kein mal.

Meilen, maculare. Burkart von Hohenvels;

Die valſch niht hat gemeilet
Dú wirt gepriſet nach der wiſen lere.

Eſchelbach part. II. Heldenb.

Ich bin noch vnuermeilet
Als túr als vmb ein vaden.

quibus verbis negat ſe vulneratum VVolfdieterich.

§. 52. *Achte iſt ŏch ein bitter krut*) *Achte*, imperij bannum: Hartmanno von Ovve, *des riches bas*. *Ach*, aqua, *Achte*, aquæ, h. e. aquæ & ignis interdictio. amant Germani peregrina & verba & integras item locutiones ad eã faciem contorquere ac inflectere. præterquàm è priſco ritu conſeruatum, quum iudices in ſententiâ damnationis initiales tantùm litteras adſcriberent, hoc modo *A Q.* quibus aquæ & ignis interdictio eſt vt notata fuerit. Manſit autem

ſit autem linguæ Latinę in iudicijs vſus aduſq. Rodulphi Habispurgenſis æuum.

Vſ dir ir beie lit) *Beie*, boia. Feſtus; *Boia, genus vinculorum tam ligneorum quàm ferreorum.* Vguitio; *Boia, torques vel compes damnatorum, quaſi iugum in boue.* Gloſſæ vett. Gallico Lat. *Boie, boia, compes.* Plautus Aſinar. a. III. ſc. II.

Neruos, catenas, carceris, numellas, pedicas, boias.

Sozomenus; οὔτε βοιαῖς, οὔτε ξύλοις, οὔτε ὄνυξι ξαινόμενος. Der VVilde Alexander;

Do die Kriechen gewnnen Troie
Swer da trůg der Minne boie
Des groie
VVas niht denne ach vnd we.

N. von Grauenberg in VVigolais;

Nam der ſchilt iſt im zeglantz
Vnverhöwen vnd gantz
Da iſt ein boyge geſlagen an
Von golde,———

Hodie nobis Heluetijs *beie*, vinculum ligneum. an inde FrancoGallicum *bois*, lignum? Equidem *Boij*, a quibus Plautus deriuat Captiu., Gallorum populi ſunt.

§. 54. *Iemer vnd man*) an *Man* eſt manheit, virtus, vt apud Tyrolem §. 32. an leg. *wan*, vt *iemer vnd wan* vetuſtè dictum ſit pro iemerdar?

§. 56. *Můde lit*) κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ g. ἀντὶ τοῦ *glit*.

§.58. *Seln*, Verbum eſt corruptum; an leg. *zellen*, numerare? an verò *ſöln* debere? tale quid ſenſus depoſcit.

§.6.. *Scacher*) ſicario. Verior orthographia *ſachs*, à Latino *ſica*, mutato i. in a. quod non eſt nouum nec mirum, Göli;

Swen ſin langes ſachs verſneit
Der geſprach nie ach noh wort.

Meiſter Chůnrat von VVúrzburg;

Vns kere niht ſin ſpizig ſachs.

Oſterſachs, ſica Paſchalis, quo feſtis diebus cingebantur. Idem Göli;

Bint das oſterſachs zerſegen ſiten.

Scharſachs, nouacula. Gloſſæ in Dialogorum Gregorij; *Fledomum, blodſaex*. Otfrido l. iv. c. xxii. *ſcahari*, latro &c. xxvii *ſcachara urmari*, latro famoſus. Chůnrat von VVúrzburg;

Da ſprach der ſcacher, ſo morde ich durh ſúnſe lieber argen ſchalc.
Danne ich vmbe drú den milten ſere,
Din blůt ich verrere
VVan ich dinen balc
Hie ze tode ſnide.

Verbum Eſchilbachio familiare. ſed loca pleraq. ſunt corrupta. vnum atq. alterum redintegrabo, ac velut exemplum dabo alia conſimiliter affecta in patrijs ſcriptoribus

perſa-

perſanandi. Part. II. Heldenbuch, vbi præpopoſuit huncce verſiculum;

Zwölf mörder ſicherliche

exinde nomina recenſet ſingulorum ſingulis comatibus. ea ordine adſcribam, atq. , vti legi debeant, ſubſignabo. de tertio;

Der drite ſcob lüder
Der was Behtwin genant.

Scribo, *ſchach lüder.* de quarto;

Gottrolf vnd Fiere
Der ſchacher ſint genant.

Lego, *Got. der viere Der ſ. iſt gen.* Altero poſt comate;

Ortwin ein ſcachere
Der feſte ſo man ſeit.

Corrigo, *der ſehſte.* ratio in illo, qui ſequitur, verſu;

Nu ſtûnt in grimen ſchalle
Der ahte ſchacheman.

Schachman idem qui *ſchacher.* ibidem;

Zû hant ſi do vf ſprungen
Die ſtarken ſchachman. nec multò poſt;
Die ſchacher do erbürten
Ir wafen alle ſand,
VVolfdietrich ſi do mürten
Das er viel vf das land.

Nomen

Nomen hodie vni Saxones vindicant. vnde & *Saxones* dictos vult VVitichindus. certè ea gens latrocinio infamis ab omni æuo. *Schach*, latrocinium, cędes, ſtrages. Strikere in geſtis Caroli;

Ez tet aber manigen ſcheiden
Von ſinen friunden darnach
Den vngetrivlichen ſchach
Begie ein Criſten man.

Hinc *ſchachſpil*, ludus latrunculorum, quaſi mortſpil/vbi cæduntur & interficiuntur, ad inſtar prœliantium, milites. Dixi, *ſahs* eſſe Latinorum *ſica*. fortean verè dixi. tamen in mētem venit ſuſpicari, *ſahs* eſſe ab Saxo, quoniam obſeruo ante vſum metallorum, primo hominum generi ſaxa acuminata pro cultris. Ad eam me opinionem perduxit Iohan. Lerius, ſic de Braſilijs ſcribens in Hiſt. nauigat: *Ex quo Chriſtiani ad eos acceſſère, cùm mactatorum corpora, tùm animantia omnia, reliquoſq. cibos cultris ſecant. antea verò, quantum a ſenioribus accepi, lapidibus praacutis ad eum vſum accommodatis vtebantur.* Itidem Ebræi ante Tubalcainum, apud quos nomen, re licet amiſsâ, manſit tamen. Sic apud Ioſuam legimus *lapideos cultros* cap. v. ſed & Moyſen Exod. cap. IV. Ita intellegend⁹ locus Dauidis Pſalm. LXXXIX. *Auertiſti petram gladij eius*: h. e. gladium petrinum, lapideum; ex noto Ebraiſmo. De primis Germanis cur non idem opinemur, occidit cauſſa; præſertim cùm ignoratas illis ferrifodinas veterum ſit traditio.

§. 75. *Eigen liute laſſe ich fri)* Mancipia mea manumitto, Habebant enim & Germani ſuos ſeruos, quos priſci

lazzos,

lazzos poſteri *ligios* appellarunt, nos ſibeigen / qui corpore & bonis pariter Dominis ſuis nexi, mit lib vnd gut. Origo eorum ex captiuitate. Franci, victis hoſtibus, iure gentium vſi, & ipſi ſeruitutis iugum impoſuere: in primis Alemannis ac VVeſtvalis, quos frequenti ſeruitute vbi oneraſſent, rebelleis ſemel atq. iterum grauiſſimè afflixerunt. Erat autem vna omnium conditio, vt apud Romanos, ita maiores noſtros, niſi quòd *Publici* quidam, alij *Priuati*. *Publicij*, rurſum vel *Regij*, vel *Eccleſiaſtici*. illorum vectigal & vſusfructus ad fiſcum pertinebat, vnde & *Fiſcalini* dicti; hi operas ſuas Eccleſijs præſtabant. *Priuati* erant *Adelingorum* & *Frilingorum*: quibus nominibus nobiles ac ingenuos intellegũt. In libertatē reuocandi, vt apud Romanos, ita maiores noſtros, vnica medela, manumiſſio. erat ea duplex: vna ex lege Ripuariâ, quę Domini aut eius vicarij conſenſu coram Rege peragebatur excuſſione nũmi: altera ex Romanâ, quæ in Eccleſiâ, præſente Epiſcopo, vel presbyteris & diaconibus, in populi conſpectu. Coram Rege manumiſſi, *liberti Regij* vocabantur; qui in Eccleſiâ, *Eccleſiaſtici*, quibus Archidiaconus iubebat ſcribi chartas tabulaſué manumiſſionis, de ſtatu eorum, quotiens requirerentur, cauturas: vnde *Chartularij* & *Tabellarij* nominati. Manumittere ſollebant ipſi Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, Nobiles, Ingenui, vt quem ſeruum quamúe ancillam vellent, ſollemni more ad libertatem perducerent. Æquabilior tamen illorum conditio, qui coram Rege manumiſſi forent, tametſi Regijs quoq. libertis plerumq. ciuiles operæ imponerentur, ſicut Eccleſiaſticis; meliori tamen conditione. Raræ namq. Epiſcoporum & Abbatum tam liberales manumiſſiones, vt o-

omni prorſus onere eximerent. Velut illa Abbatiſſæ fuit, quam ex ſchedis CL. Vadiani noſter cõmunicauit Schobinger. Adſcribam ipſam Chartam vel Tabulam, quam vocat *portas apertas*, paßporten : vt quales eæ fuerint, queas intellegere. Forma eius hæc eſt;

Authoritas Eccleſiaſtica patenter ammonet, inſuper & poteſtas regia Canonicæ religioni adſenſum præbet, vt quemcumq; ad ſacros ordines ex familia propria promouere Eccleſia quæq. elegerit, in præſentia ſacerdotum Canonicorum, ſimul & Nobilium laicorum, & eius, cui ſubiectus eſt, manumiſſione, ſub libertatis teſtamento ſolemniter roboretur. Idcirco ego in DEI nomine Engildruda quondam meum famulum nomine Sigimarum, ſacris ordinibus dignum, in præſentia nobilium virorum, liberum ab omni vinculo ſeruitutis dimitto. cui Romana per hoc authoritatis teſtamentum ſtatuo, ita vt ab hodierno die & tempore bene ingenuus atque ſecurus permaneat, tamquam ſi ab origine fuiſſet parentibus liberis procreatus, vel natus, eamdem pergat partem, quamcumq. volens canonicè elegerit, habenſq. portas apertas, ita vt deinceps nec mihi, nec ſucceſſoribus meis vllum debeat noxiæ conditionis ſeruitium, neque aliquod libertatis obſequium, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ ſub certa ingenuitate, ſicuti alij ciues Romani, per hunc manumiſſionis aut ingenuitatis titulum, bene ſemper ingenuus atq. ſecurus exiſtat, ſuumq. peculiare, quod habet, aut quod adhuc adquiri poterit, faciat inde ſecundum canonicam libertatem quicquid voluerit. Et vt hoc teſtamẽti ac ingenuitatis authoritas inuiolatum incõvulſumq; optineat firmitatem, Ego Engildruda, & Richolf aduocatus meus, amborum manibus ſubterfirmauimus ſacerdotes quoq. ita nominati, manus ſuas in præſentem ingenuitatis chartulam mi-

lam miſerunt ; Pero, Adalman, Hiltiger, Rodpot, Baldolt, Rantolf. Actum in villa Hoſtrahun nuncupata, in præſentia Salomonis & Reginolfi miſſis Domni Hludouuici Regis. ſig. Hiltibaldi miſſi Honorati Comitis. ✠ *Otkit.* ✠ *Liutpreht.* ✠ *Hadpert.* &c.

Ego itaq; Vuato diaconus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. notaui diem Iouis in VIII. ID. OCTOB. regnante Domno Hludouuico Rege Alamannorum & Peioariorum.

Sub Chunrato Duce nobiliſſimo, feliciter. Amen.

Hanc vnam obſeruo libertatis immunem dationem. reliquæ quantum videre fuit, oneroſæ. æquiores tamen nobilium, quam religioſorum. quippe iſti operas cum cenſu, illi rarò vltra ternos quaternos denarios expoſcebant. exemplum vide Vuolaliubæ, nobilis feminæ Nibalgouię, quod eiuſdem illius Schobingeri noſtri beneficio debetur:

Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm ſuperuenturis, quod ego Vuolaliub cũ manu aduocati mei Engilboldi duo mãcipia mea, id eſt, Thiotonem & Vuadindam in Dei amore libertate donaui. ea tamẽ ratione, vt annis ſingulis ad cellã Ratpoti, quæ ad monaſteriũ ſci Galli pertinet, in cenſu IIII. denar. ſoluant. Actum in loco qui dicitur Rota publicè, præſentibus his, quorum hic ſigna continentur. Sig. Vuolaliub & aduocati eius Engilboldi, qui hanc notitiam fieri voluerunt, & aliorũ teſtiũ. Sig. Engilhelm. ✠ *Cundhart.* ✠ *Ruadker.* ✠ *Vuano* &c. *Ego itaq; Nandcrim indignus monachus ad vicem Richperti rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. Notaui diem Iouis VIII. KL. Maias. anno XXmo. ſecundo regni Hludouuici. ſub Cozperto Comite.*

Atq.hæc de manumiſſionum ſollemnibus. quibus ætate noſtrâ, vt iam tùm VVinsbekij, ſublatis, facultas manumittendi ad priuatos relata eſt. nec enim vel in Eccleſiâ, quod quidem ſciens ſim, aut Principe coram, litteris tantùm, ac haut infrequēter abſentes, manumittunt, vt cuìque libuerit, gratuitò vel certæ pecuniæ ſtipulatione. Soli fermè Monachi, qui verò ſeruos diligere ac indulgenter tractare debebant profeſſionis nomine, litteras manumiſſionis duriſſimâ conditione commaculant. cauent, vti manumiſſus hactenus libertate gaudeat, dum ſolo patrio exſors degit: qui ſi redierit, priſtino ſeruitutis iugo ſubiciatur. Quod ipſum, quamuis cauſſa quamobrem fit, non videatur iniuſta, tamen ſi penitiùs rem conſideres, non aliud quidquam quæſitare videbis, niſi dominatum ac tyrannidem in omne hominū genus vſurpandam ac porrò ſtabiliendam. Cauſſa, quam dixi, eſſe poteſt, ne paucorum libertas multis detractandæ ſeruitutis aut dominij conturbandi occaſionem præbeat: quam in ſuo dominio Barones Hohenſaxios video prætendere. Mos autem vulgaris, quo iam quadringentos & amplius annos Germani vtuntur, vt facilis & pronus, ita probandus mihi; quum maximè Germania, Tacito ſcriptore, veros ſeruos numquam habuerit. Adhoc Chriſtianis, cùm ſeruis tùm dominis condignus, quoniam ſcriptura ſeruos ad libertatē commodo adipiſcendam adhortata eſt. quin eſt in domino charitatis ſpecimen, ſi Chriſtianæ libertatis memor, hoc ipſum fratribus verè liberis participet, quod ſibi Dominus Dominorū eâ benignitate largitus eſt, vt fidei libertate, quâ pariter ſeruis in vnum Chriſti coaluit corpus, inſuper adauxerit. In eam mentem prçclarè B. Gregorius,

Mon-

Montanum atq. Thomam , Eccleſiæ Romanæ ſeruos manumiſſurus, præfatur; *Cùm redemptor noſter, totius conditor creaturæ, ad hoc propitiatus humanam voluerit carnē aſſumere, vt diuinitatis ſuæ gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati, ſalubriter agitur , ſi homines, quos ab initio natura liberos protulit, & ius gentium iugo ſubſtituit ſeruitutis, in ea, qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur.* &c. l. v. epiſt. XII. ſeu cap. CXII. Et hoc animo VVinsbekius in ceteris pietatis charitatiſq. Chriſtianæ, quæ Filio commendat, operibus manumiſſionem reponit. ad cuius intellegentiam hæc attigimus tralatitiè: dicturi ſingulari tractatu, vbi Deus cœptis noſtris fauerit. interim, ſi lubido, videre poteris quæ ſcribunt Vdal. Zaſius lib. Singul. intellect. Ioach. Vadianus lib. II. Antiquitat. Aleman. & epiſt. de Coniugio ſeruorum ad Ioh. Zuickium, Fr. Guillimannus Antiquit. Heluet. l. II. c. XI. Rein. Reineccius in Poetam de geſtis Caroli M. pag. 59. & alij quidam.

Hûbe) hobas. Vox eſt vetuſtiſſima, cuius mentionem reperio iam ante annos DCCCtos., in chartâ, quam ſub Theodorico III. Francorum Rege ſcripſit Petrus quidam S. Galli monachus. Vadianus *hobam* interpretatur fundi partem, maximè paſcuam: vulgo Alemannorum hodieque *huob.* pro cuius opinione Nithart;

Blûmen vnd kle
Mannigerhande wunne me
Hat verderbet vns der ſne,
Das eht iht vor im beſte:
Sumer dine holden von den hûben ſint gevarn.

At eſt latior notio, quàm huc conſtringi debeat, omnem terram complectens, in qua caſæ, ſi meſſi ſeu fœniſecio cōmodatam. Madalfredus in Cartâ traditionis Haychonis ad monaſt. S. Galli; *Ad Haſummuuanc ipſa marca adherentem runcalem I. hobam etiam & amplius continentem* &c. Ritpertus Presbyter in Precariâ de Vuitirisuuilare; *In marcha ſeu villa duas hobas cum toto ædificio & oportunitatibus ad hoc pertinentibus.* Riſinc Monachus & Subdiaconus in Cartâ Concambij Hartmoti Abbatis cum Vuitperto vaſſallo Hludouici Regis; *In loco Richanbach nominato V. hobas de terra arabili, & caſas cum curtis cæteriſq; ædificijs, atq; cum ſiluaticis marchis ad eaſdem pertinentibus: & in alio loco qui dicitur Vagines uuilare I. hobam plenam de terra culta: & accepit* &c. *in loco Velebach nuncupato II. hobas, & caſas cum curtis ceteriſq; ædificijs, atq; vnam ſilvulam ad eumdem locum pertinentem, necnon & piſcationis vſum illius laci, qui ſupradicto loco contiguus fore videtur.* Bertoldus Abbas Zuifaltenſis de Origine ſui Monaſterij; *Apud VViminisheim ſex hobas, duas molendinas, & ſiluam plus viginti manſuum.*

Walther von der Vogelvveide;

Ioch meine ich nit die hûben, noch der Herren golt.

Hobas vocat feuda. Meiſter Spervogel;

Es iſt hûte min, morne din,
So teilet man die hûben.

Anonymus in Ecken Vsvart;

Das lont dir wol der Herre min
Vergiltet dir din eſſen.

Dû hûb

Dů hůb ſol gar din eigen ſin
Da biſt vfgeſeſſen.
Der bursman regt die hende dar
Das leben im fúr eigen
Hub vf ſin gerihte gar.

Verba ſunt Hiltebrandi Comitis ad ruriculam, qui Theodoricum Regem, auium ac deerrantem, hoſpitio ſuſceperat. N. von Grauenberg in VVigolais de Comitiſsâ Kemenatenſi ruſticum quemdam (vt communi verbo vtar) inbeneficiantem;

Si gab im mit fröden ſa
Driſsig hůb ze aigen,
Vnd bies ims us zaigen,
Vnd das beſt hus als er ſin bat
Das iendert ſtůnd in der ſtat.

Noſter von VVengen;

Got ere úch Turgöin das ir ſo ſteten můt
Ze Kiburg hant den herren wert,
Si machen úch noch riche &c.
Sit vnverzagt an den vil milten herren min,
Si hant nach eren ie verzert ir hůbengelt;
Ir hant ir kleider vnd ir ors vil maniges gefúret
vber velt.

Hobgelta, cenſus ac reditus, quos coloni pendebant, eam ait Comites Kiburgenſes non in res luxurioſas, at

vaſallos

vaſallos ſuos,nobiles Turgouios (quorum VVengij noſtri pars) expendiſſe: inde porrò iſtos paraſſe veſtimenta atq. equos,quibus in expeditione vterentur,vel dono ab ipſiſmet poſſediſſe Comitibus. Ergo,pro VVengij verbis, vaſallis equos Domini præbebāt,nō præſtabant ipſi. Quæ procerū in cliētes liberalitas,nō tùm demùm nata,verùm à maioribus accepta,porrò propagata eſt. Carolus Caluus conſtit. quâdam de vaſallis nobilibus; *Ipſis & ad itineris præparationem quinq. libræ ſuæ monetæ in ſtipendium tribuantur, & duo equi,vnus currens,alter ambulans,addatur.* vbi non eſt neceſſaria Freheri emendatio, vt legatur *alatur* pro *addatur*. In Carta inueſtituræ,quam regnāte Hiltrihho Rege, ſub Carolomanno Maioredomo Hinringus Lector conſcripſit, Picta quidam nobilis Alamannus ab Abbate S. Galli paciſcitur; *Auro & argento ſolidos Lxx. & cauallos V. cum ſaumas & rufias & filtros cum ſtradura ſua ad noſtrum iter ad Romam ambulandum* &c. Hæc quidem noſtra ſuper *hobâ* obſeruatio. quæ an eadem eſſet cum *hofâ*,controuerti vidimus. negat Auentinus lib. VII. Annal. Boior. & *curtim* cum *hofâ* iungit. rectè atq. ordine. *Curtis* enim,in quâ primarium fundi ædificium, quod *Maior* ſive *Villicus*,id eſt actor & procurator Domini, inhabitabat, *Meierhof*. In Carta traditionis Chadolti,quam Eccho monachus ſcripſit; *Vnam curtem ſepe circumdatam cum ædificiis,mancipiis,iumentis,pecudibus, agris, pratis, paſcuis,ſilvis,aquis,aquarumq; decurſibus, necnon cuncta ſuo iuri pertinentia.* ait; *cum ædificiis.* quæ hinc inde exſtructa, & ipſa cœperunt *Curtes* appellari, nonnumquam *curtiles* an *curtilia*,eò quòd ad curtim attinerent. Exempla vbiuis Cartarum obuia. ait prætereà; *ſepe circumdatam.* vnde

clauſa dici cœpit. Vlalto Diaconus in Carta traditionis Vnforahti; *Id eſt caſa, curte clauſa, cum domibus, adificijs, mancipijs, pecunijs, terris, campis, ſiluis, pratis, paſcuis*, &c. Theothart in Carta traditionis VVitramni; *Partem eccleſiæ, quæ illum adtingebat, mihiq; ad redimitionem conceſſit, curte clauſa, alijſq; adificijs*, &c. Exſertim autem *curtim* ab *hoba* diſcriminat Notker in Carta anno xxx. Hludouuici Regis ſcriptâ; *Mancipia* (inquit) *in ſupradictis locis ſeu infra curtem ſiue in hobis fuerint inuenta, in ius monaſterij reuocentur. Hoba* autem eſt pars fundi, in quâ *caſa*. In illa VVitperti traditione; *II. hobas & caſas cum curtis* &c. Bernegarius Presbyter in Carta traditionis VVillahelmi; *In loco qui vocatur Eskinbach medietatem de ipſa hoba Fruachar.olui, hoc eſt caſis, caſalis, pumarijs, campis, pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, aquarúmué decurſibus* &c Rodo Lector in Carta traditionis Managoldi; *Caſato vno cum hoba ſua ad ſupradicta Eccleſia tradediſſet* &c. quam vel ſerui aut libertinæ conditionis homines colebant. Germanis hodie *Kôlnhof*, q. d. coloni hoba. Nam & hobarum cultores, *Coloni* dicti. In Carta traditionis Erfoini ſub regno Elperici Regis; *Et de colonis meis Erfoinum cum vxore ſua, & cum omni apertinentia ſua, cum caſa & cum terra, & cũ omnibus ſuis.* Vim retinet vox noſtratis *Keller*, quæ corrupta eſt a vulgo, cùm antiquitùs fuerit *Kôlner*. Colonarius, qui reditus a colonis exigit, queúe Auſtrij Archiduces in ſuperioris Alamãniæ partibus *Huobmeiſter*, hobarum magiſtrum, nuncupant. Vt maiores ſiue villici interdum *Curtiles* dicuntur, ita iſti Coloni ſemper *Caſati, Caſales, Caſali, Hofluth:* qui, vt hodie, ita olim, vel libertini erant, plerumq. ſerui. Exemplum præter modò commemora-

 tum,

tum, in illa Carta, quam ad Doſitheum vulgauimus, vbi Cotauuina monaſterio donat *caſatos tres his nominibus, Ragingerius, cum infantes ſuos his nominibus, Rihgero, Vuãtilone: Vualtricho, & vxore ſua Faſtrata, & filio eorum Vuolfrido, & ſeruo eius Iſamberto, & alio ſeruo nomine Vuoto: & Haccone, qui redimere ſe vult, det alium mancipium.* Vnde & illud diſcas licet, ſeruos in Alamanniâ in poteſtate habuiſſe alios ſeruos. ſimul faculam allucebis illis Notkeri verbis; *ſiue in hobis fuerint inuenta.* Laurentius Friſæus *hobam* vult eſſe partem fundi ſeu villæ in plures partes aut heredes diuiſæ, nullo exemplo. Auentinus agros, qui bigis arari ſoleant. quæ interpretatio, vt dicam quod ſentio, non ex Boiorum conſuetudine, ſed cerebro eius nata videtur. In vet. lib. Hirſaugienſi de Donatione Dietmari Militis anno MCIII. *illic* (in Franconia) *LX. iugera vnam hobam faciebant: ſed hobæ ibi ſex faciebant Hirſaugienſibus XII hobas*: apud Cruſium part. II. Annal. Suev. Ego verò ſic habeo, itaq. obſeruaui apud ſcriptores, *hobam* non certæ menſuræ terram fuiſſe, ſed indefinitæ, pro cuiuſq. loci commodo atq. oportunitate. Diſparitatem nunc quoq. eſt vt cernas in *zinshof*, *gúlthof*, *kǒlnhof*, cenſuali, tributali, ſeruili. Vox *hobæ* migrata a Germanis in *hof*; nominum ſublato diſcrimine. Fallit autem Vitus Amerpachius, qui ad Caroli M. Capitularia notat pro *hofà* in vſu tum fuiſſe *hiufam*. quæ vox non illio, nec alijs ab eo laudatis locis, *hofam*, curtim ſignat; ſed *húft*, pignus, hodie *haft*. vnde *hiufare*, quod noſtris cauſidicis *verheften*, in quibuſdam Heluetiæ partibus *húften*. Hæc de *hobâ* pluribus exſequenda duximus,

quòd

quòd vidimus magnas ſuper eius vi lites moueri in foro, nec vllam concertationum finem fieri, præſertim in his Alamanniæ partibus, vbi hæc ſcribimus.

ANIMADVERSIONES IN VVINSBEKIAE PARÆNESES ad FILIAM.

§. 3. *VElwet der eren zwi) Velwen*, flaccefacere, *fleſtrir*, hodie wálchen. *Val*, Latinorum eſt *flauus*, a colore, quem induunt flacceſcentia. Graue Kraft von Toggenburg;

Heide vnd anger vnd dú tal,
Dú hat der winter aber val
Gemachet vnd die owe. Her Gǒtfrit von Niſen;
Nu ſiht man aber die heide val,
Nu ſiht man valwen grúnen walt.

Paſſim alij.

§. 4. *Loſe merker*) In præſentiâ bonorum ac honeſtorum hominum, qui aduertunt. *Loſe*, in bonam partem. Kúnig VVenzel von Behein ſuper amicâ canens.

Gegen

Gegen der vil klaren loſen. Et illicò;
Mich ſol din hohgezierter loſer lieber lib.

Marggraue Heinrich von Miſſen;
Ein wib die loslich lachen kan.

Graue Kraft von Toggenburg;
Swas ich roſen ie geſach
Da geſah ich nie ſo loſen roſen.

Her Gótfrit von Nifen;
VVas ſchat der lieben, das ſi ſchóner iſt vnd dabi los.

Statim;——*Der vil trútelehte loſe lib.*

§.5. *Scham vnd maſſe)* Pudor, virtutum nobiliſſima, vitiorum oſor, marium feminarumq. decētiſſimus comes. Marner;

Der erenſpegel iſt dú ſcham,
Swer ſich darinne erſiht
Der wirt vnzemen bliken gram:
Dú ſchame iſt argen worten vigent, vntrúwen has, vnſteten fluch:
Scham iſt ein tugent dú mannes namen gegen frowen priſes gibt;
Dú reinen wib tůnt man alſam ir beider lieb mit ſchame geſchiht;

Schame get edelen geſteine vor, vnd türet bas danne ſidin tůch;
Schame iſt mit beſcheidenheit der werden minne bi;
Dú ſcham in erengarten iſt ein blůendes zwi;
Dú ſchame iſt eren ſchilt;
Dú ſcham alſam ein reines kint in ſchoner frowen ſchozen ſpilt;
Schame zieret reinú wib vnd wirdet edelen man;
ſchame kan leiden vf den ban
Da nie ſchandentrit kam an;
Swer ſchame minnet den bkret in ſchanden dieneſt ſelten han;
Scham iſt ein dú hohſte tugent, ſagent vns die meiſter vnd dú bůch.

Nihil potuit dici elegantius, nihil pulchrius, nihil denique verius.

§. 6. *Es heiſſent wilde blike*) Oculus index animi: cuius, impudicitiam, leuitatem, ac maleuolentiam, notat volubilitas. N. von Grauenberg in VVigolais;

Vnd er zaiget im mit den ŏgen;
VVan was das herze tŏgen
VVider den frúnt valſches hat,
Des ŏge es niemer verlat
Es en melde ſin blike,

Es went

Es went vil dike
An im vf vnd nider
Vnd zuket ſich vil gáhes wider,
Es enſiht nit gútlichen dar
Nit wan das es neme war
Ob iht ze merken an im ſi,
Da merk man die valſchen bi.

Contrà eiuſdem, pudicitiam, conſtantiam, ac beneuolentiam, notat defixio. Idem Grauenberg;

Als ich mich verſinnen kan
Swa dú ögen ain andern an
Lang ſehen ane wank
Das ir herze vnd ir gedank
Mit trúwon zů ain ander ſtat,
Sa der blik ſo ſchier vergat
Da en iſt nit gantz trúwe bi,
Es kom ſo das es ſi
Das ſin der ander wirt gewar
So lat es ſin ſehen dar.

Herzoge Heinrich von Preſsla;

Swenne ſi ſtet gegen im ze angeſiht
Vnd ſi in mit ir ögen giht
Das ſi in von herzen meine,

Swer

Swer diſen zwein gewerig ſi
Vnd wone mit valſcher hûte bi
Der werde zeinen ſteine.

§. 11. *Lunet*) Hiſtoriam non legimus. Videtur eſſe, qua de Tanhuſer;

Lunet dú was von hoher art
Ir vater der hies VVillebrant.

Et N. von Grauenberg in VVigolais;

Frŏ Lunet dú kunde phlegen
Des ritters mit den lewen bas
Da er gevangen bi ir ſas.

§. 11. *Brechen*) Lego *brehen*, ſplendere, nitere. Kriſtan von Hamle ad amicam;

Dike ich gerne bi mir ſehe
Die vil liehte rote brehen.

Meiſter Gŏtfrit von Strasburg;

Ach brehender ſterne, ach brinnender mane,

N. von Grauenberg in VVigolais;

Als ein ſtern da brunne
Alſo brehent er ze allen ſtunden.

Her Dietmar von Aſt;

Vrlob hat des ſumers brehen.

quo modo paſſim *brehendes gras, brehender kle, brehender ſat*, hoc:

ſat,hoc libro: prorſus vt *nitidæ fruges* Lucretio lib. II. de Nat.rer. *nitentia culta* Virgilio lib.I. Georg.

§.13. *Si tragent nebelkappen an*) *Nebelkappen* ſunt qui putent gemmas fuiſſe, quæ geſtantes redderent ἀιδεῖς καὶ ἀοράτους. Anonymus libro von den Helden, Zvvergen, vnd Riſen, qui appendix ad Heldenbuch, cap. IV. *Do was ein ſtein in, wer den bi im het, den moht nieman geſehen, der heiſt ein nebelkap.* aut vehementer fallor, aut ex fabulâ Gygis, quam Herodotus narrat. Quin ab eorum opinione eſt, quòd Poetæ noſtri Pygmæorum hoc inuentum tradant, propriumq. peculium. Fingunt enim montes incolere gemmiferos, gnaros naturæ gemmarum, auri, argenti, ceterorum metallorum. Figmenti origo a Dæmonum illuſione, qui in facies verſi homunculorum, nunc apparere foſſoribus metallorum, iam ſubitò ſolent diſparere. Eadem ludificatio in ædibus vrbanis: vbi & fodere interdum & fabricare ſimulant. vulgo Alamannorum *Erdmanli*; de quibus ſingularem tractatū inſtituit Theophraſtus Paracelſus, in quo (verbo dicam) ſimulata pro veris, falſa multa pro certis adſtruit. Ceterùm in verbo *Nebelkap* inter ſcriptores diſconuenit. Heinrich von Oftertingen magiæ adſcribit ac præſtigijs, part. IV. Heldenbuch; vbi de Laurino Pygmærum Rege Theodorici Veronenſis ſororem rapiente;

Er kunt ſich wol gewriſten
Das kam von zŏberliſten,
Der dú maget fŭrt von dan
Der het ein nebelkappen an. poſtibi;

Künig Laurin begunde
Griſen zů den malen ſin,
Darus nam er ein keppelin
Darin verbant er ſi ze hant
Vnd ſinen gůten ſchiltes rant,
Do moht man in geſehen niht;
Von zůber dike das geſchiht
Das ſoſt nit moht ergan &c.

Vocat tegmentum, non gemmam. nec aliter ceteri ſcriptores. Der Iung Miſner;

Vil manig laſter das ich ſihe in miner nebelkappen.

VVolfaram von Eſchelbach part. II. Heldenbuch, de pygmæo, cuius comitate ac beneficio factum, vt VVolfdietericus oculis hoſtilibus inuiſibilis obiceretur;

Es ſwang im gar behende
Ein nebelkappen an,
Den edeln held ellende
Fůrt es do bald von dan. Et mox;
Er gunde bald enſtriken
Die nebelkappen ſin
Do geriet in aneblikem
Dú übel walledin.

Anonymus in Húrnin Súfrid, de pygmæo Eugelo;
Er nam ein nebelkappen

Vnd

Vnd warfs über den man,
VVie viend der Ris im ware
Noch müſt er in verlorn han. ibidem.
Kom in der kapp von dannen
Das der Ris niht werd gewar.

Nomen ipſum Latinè ſonare ac valere poteſt, *nebuloſum cucullum*. quo in figmento non primi ineptiuerunt noſtri Poetæ: fecerunt idem antehac, quà Græci quà Latini. Ita enim princeps Poetarum Homerus Iliad. III.

——— Τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη ——— ἐκάλυψε
δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ:

h. e. *Illum verò eripuit Venus, obtexitq. nebulâ ſpiſsâ*. de Venere Paridem liberante. Similia Virgilius narrat de eâdem Venere & Ænea.

§. 15. *VVib haben kurzen můt*) VVolfaram von Eſchelbach part. II. Heldenbuch;

Do ſprach dú Keiſerrinne,
VVir fröwen han kurzen můt,
Swas einr iez nit im ſinne
Geren ſi es morgen tůt.

§. 16. *Dabi der wandelberen ſpot*) Ex verbo communi; *Dem ſpot zom ſchaden*. *VVandelber* priuationem notat, non habitum, vvandelsvri, anvvandel. *Ber* pro *Bar*. VVolfaram von Eſchelbach præfat. in Heldenbuch;

Dan die da ſint laſterbere.

Anonymus in Húrnin Súfrit;

Du bo͛swiht tugend ber.

ita vet. editio: vulgò *ler.* vide quæ notaui ad VVinsbekium §.43.

§.21. *Swer hoher minne* &c.) Walther von der Vogelweide;

Niderú minne heiſſet dú ſo ſwachet
Das der lib nach kranker liebe ringet,
Dú liebe tůt vnlobeliche we:
Hohe minne heiſſet dú das machet
Das der můt nach verder liebe vf ſwinget &c.

Vlrich von Liechtenſtein;

Hoher můt du twingeſt mir den lib ze hoh
Vnd iſt dir das herze min darzu bereit,
VVand es ie die nidern minne vloch:
Nidrú minne an fro͛iden tot
Iſt er dem ſi angeſiget,
Git dú hohe ſende not:
Doch wol im der der ſelben pfliget,
si git ſorgen, vnd iſt dú ſorge fro͛idenrich.

§.24. *Die Kriſte ê geſetzet hat*) Reinmar von Zvveter;

Aller orden pris ich niht
So ſere als die ê alleine, ſwas darumbe mir geſchiht,

Bar-

Barfůſſen, Bredigere, krůzer orden ſint da engegen blint;
Gra, wis, ſwarzer můnche iſt vil,
Hornbrůder, vnd Martere, als ich ůch beſcheiden wil,
Schottenbrůder, vnd die mit den ſwerten ſint da engegen alle gar ein wint,
Tůmherren, Nunnen, vnd leigen Pfaffen,
Vnd alle die orden, die Got hat geſchaffen,
Die lebent des dů ê hat erzůget:
Swer der ê ze rehte pfliget
Der hat hie vnd dort geſiget,
Swers widerredet, des volget niht er lůget.

§. 24. *Das du mit runen mideſt mich*) Vt me clanculum monendo dehorteris. *Miden* actione reciprocâ pro dehortari, abſterrere, quæ ſignificatio Ebraiſmum ſapit. *Runen* propriè clam loqui, in aurem aliquid dicere. Interpreti Pſalmor. apud Lipſium; *ſuſurrabunt, rundon.* Apud Eſchelbach part. 1. Heldenbuch, Otnit, interrogatus ab Eliga, qui cum loqueretur, reſpondet;

Ich rune ſicherliche
Mit mir niht alterſein:

Confabulabatur autem cum Elbericho pygmæo, qui inaduerſus vectoribus in nauem venerat. verbum Heluetijs notum. quod, quia incantantes murmurare ac clàm ſecū

fari ſolent,pro incantare cœptum eſt ſumi.Et hodie apud nos virgines,cùm in vigiliâ D. Andreæ neſcio quibus incantamentis amaſios prouocant,dicuntur *runen*. *Runzabel*,pythoniſſa,runa diaboli. *Zabel*,Zabolus,Diabolus.

§. 25. *Das ſchaſſe)* verbum FrancoGallicum *chaſſer*, fugare,abigere; in libris antiquis *chacier*.

§. 30. *Nu ſage mir ob dú Minne lebe)Minne*,Dea amoris, Latinis *Venus*, Aboriginibus Germanis *Fria*; cuius nomẽ remanſit in eidem illi ſacratâ die *Fritag*, in verboq. *frien*, nubere.Sed de *Friâ* in Antiquitatibus noſtris : nunc ad VVinsbekiæ locum vide ſis,quæ omninò huc attinent, & ſcribũt Vlrich von Liechtenſtein §.145.Her Heinrich von Veldig §.22.Her Gǒtfrit von Niſen §. 8.Graue VVernher von Honberg §.95. Her VValther von Klingen §.3. Friderich von Huſen §.45. Her Heinrich von Morunge §.41. Reinmar der Alte §.199. Heinrich von Rugge §. 4. VValther von der Vogelvveide §.18. 249. 250. 309. Havvart §.11.& ſeqq. Reinmar von Zvveter §.128.& ſeq. Qui omnes de deâ *Minne*,eius potentiâ,regno,diuitijs, moribus,multa non hercules ineptè nec ἀκυρέως differunt. Hodie nomen inter nupta & prætextata; veluti *Venus* apud Latinos pro congreſſu Venerio. ita interpretantur Graue Chůnrat von Kilchberg §.7. Her Gǒtfrit von Niſen §.122. & 141. Herzoge Iohans von Brabant §.21. alij. *Liebe* verò Cupido perhibetur,filiola Minnæ ab Vlrich Schenk von Winterſtetten §. 48. & Chůnrat Schenke von Landegge §.20. ab amore ſcilicet; vnde & *Amor* Latinis. propriè namq *lieb*,amicus,carus. Hucbaldus Monach. Elvonenſis in vitâ S. Lebuini Presbyteri,cap.1. *Lebuinum, carum ſibi amicum, iuxta idioma nominis ſui optimè con-*

gruen-

gruentis: Fertur enim a ſua peritis linguæ, quòd Liefuuyn patrioticè ſit vocatus, quod Romanis ſonat carus amicus. Sed ecce quàm dignicoſum iſtius vocabuli præſagium, dum quod futurus erat opere, iam eius præſignatum eſt nomine. Radbodus Traiectenſis Epiſcopus in Eclogâ de S. Lebuino;

Nam ſi vertatur Liauuin, quod cunæ ſonabant,
Carus amicus erit———

Ceteroquin illa diſcriminatio non eſt perpetua. Nam & *Liebe* vſurpatur pro Venere, & *Minne* pro Cupidine. Idem Schenke von Landegge;

Minne ſchútze Cupido traf min herze ſit bin ich vnfro.

Friderich von Huſen;

Minne, Got můſſe mich an dir rechen,
VVie vil du minem herze der frőde wendeſt;
Vnd mőhte ich dir din krumbes őge vs geſtechen &c.

Meiſter Chůnrat von VVürzburg;

Her Mars der rihſet in den lande,
Der hat den werden Got Amur
Verhert mit rőbe vnd őch mit brande
Des ſint die minne worden ſur &c.

§. 31. *Ein wiſer man Ouidius*) In re amatoriâ ferè in teſtimonium citatur *Ouidius*, etiam à Germanis. Her Růdolf von Rotenburg;

Ouidius

Ouidius der wiſe man
Do der von erſt minne pflag,
Do kunte er uns den ſinen ban
Ob ſie die naht ald den tag
De keiner lib
Man alder wib
Die minne unrehte pflegen

N, von Grauenberg in VVigolais;

Ir ſchöni und ir gewiſſen
Het ſich gefliſſen
Ouidius mit lobe dar
Er en möch ſin nit wol loben gar.

Venus) Libro de Arte amandi. Amicæ ab amantibus *Veneres* dictæ, non Latinis modò, ſed Germanis. Herzoge Heinrich von Preſsla;

Ich klage dir Venus ſendú leit,

Her Rûdolf von Rotenburg;

VVolde gelúke ſin
Der Venre min.

Her Heinrich von Morunge;

ich wene ſi iſt ein Venus here
Die ich da minne.

VVolfaram von Eſchilbach;

Venus

Venus dú Göttine.

Lebt ſi noh ſi múſte bi ir verblichen ſin.

Nimirum *Venus* inter mortaleis fuit, omnium ſui ſexus pulcherrima; cuius virtute formæ euenit, vt in cælites referretur, amantium dominatrix. Meiſter Chûnrat von VVúrzburg:

Venus dú feine dú iſt entſlaffen
Dú wilent hoher minne wielt. &c.

§. *VVie es vm ir geleſſe ſtet)* *Geleſſe* vetuſtim dicebantur relicta à defunctis, ſeu hereditas foret, ſiue legata & fideicommiſſa. Superat nomen in illâ vulgari ſeruitutis formulâ; **gwand vnd gláß**/ſuper quâ perpetuæ ſunt concertationes in foro. Audiui ICm. non parui nominis, qui conaretur euincere, **gwand** eſſe à maribus, **gláß**/ab feminis relicta veſtimenta. oppidò abſurdè, ne dicam ineptè. **gwand** ſpecies eſt; **gláß** genus, complectens omnia à defuncto vel ſeruo vel liberto relicta, quæ iure poteſtatis dominus aut patronus ſibi vindicat. quæ poteſtas vulgo Alamannorum **Erbrecht**/interdum **Erbſchafft.** Eſt ergò **gwand vnd gláß**, ſi Latinè dicas, *veſtimenta & cetera relicta:* in quibuſdam inſtrumentis **Fáll vnd gláß.** Id vt rectè percipiatur, ſciendum eſt, ſeruis mortuis non filios modò filiaſué, at ipſos etiam dominos ſuccedere, alicubi in ſemiſſem, multis in locis quadrantem, pleriſq trientem. Interim & veſtes auferuntur ſelectæ, vulgò **gwandfáll**: & pecora ſtabulis abiguntur, **hauptfáll**: illam in bona ſucceſſionem **gláß**/relicta, **verlaſſenſchafft**: hanc ſpecierum exactionem **fáll**/caduca, **verfallenſchafft**/ nuncupant. quia

Mm. verò,

verò veſtium vſitatior exactio, euenit, vt illâ in formulâ gwand cum glüß iungeretur. Nec ſerui ſolùm his oneribus, ſed & liberti, maximè Eccleſiaſtici, quorum ſuprà docuimus priorem eſſe conditionem, diſtringuntur. In caducis (liceat ita loqui docendi gratiâ) auferendis ordo is ſeruatur, quo vel pater vel filiusfam., maior minorue natu, ex humanis exceſſerunt. qua de re primus Vdal. Zaſius, incredibilis diligentiæ IC., libro Singul. intellect. pluſcula adnotauit, quæ vidiſſe operæ pretium erit. Nam nos hîc ſiſtimus, quod ſupereſt, exſecuturi cum Deo, vbi maius otium nacti fuerimus. Hæc rogatu Schobingeri noſtri dictauim' valdè properanter, quippe qui ſummis negotiorum occupationibus diſtricti, ad radices primarum Heluetiæ Alpium, A. N. D.

ↀ . IↃCIII. menſe Nouembri.

CVNRADI RITTERS-HVSII IC.

RELIQVIAE CONIECTVRARVM IN PANEGYRICOS VET.

ad

ILLVSTREM V.

MARCVM VELSERVM.

INSVLAE AD LACVM ACRONIVM.

A. N. C.

cIɔ, IɔIIII.

ILLVSTRI VIRO

MARCO VELSERO,

REIP. AVGVSTANÆ SENATORI SEptemuiro, Conſulari ac Patricio

S. D.

ANni ſunt iam quaſi XII., cū in Plinio Iuniore, Auſonio, Symmacho, & veteribus Panegyricorū ſcriptoribus ceteris non indiligenter eſſem, reuocāte me ſubinde à ſtudijs Iuris ad amœniora illa Salomone Panthero, amœniſſimi & florētiſsimi ingenii adoleſcēte, æque-

vo & ami-

vo & amico meo, quem in ipſa terra Ruſsia natum adiunxerat mihi atq; conciliauerat volũtatum conſenſio & ſtudiorum ex parte communio. Quamquam autẽ omnibus deſtituerer ſcriptorum codicum adminiculis, tantumq; ingeniolo & cõiecturis meris innitendum haberem: tamen (præfiſcini hoc dixerim) in omnibus illis ſcriptorib. quędam minimè pœnitenda etiam poſt opt. aliorum editiones obſeruata erãt nobis, vnde melior aliqua & emendatior adornari

poſſe videretur. Sed ceteris quidem auctoribus alia, & ſua cuiq; fata obſtitêre, vel noſtra potiùs, quò minùs, quod cupiebamus, à nobis perpoliti in manus hominum venirent. Plinii autem epiſtolas cũ ſubiunctis Panegyricis, quibus plurima paſſim adſcripſeram, quidam mihi, & ſanè is qui minimè omniũ debebat, ſublegit, malæq; fidei emptori perexiguo pretio multarum horarum non malas operas curaſq; noſtras addixit, magno meo, ſed caſſo atq; irrito cũ

dolore:qui quidem recrudeſcebat, quoties nouam H. Steph. editionem eius libri, quā mihi poſtea comparauerā, aſpexi. Hanc tamen, quantacunq; fuit, moleſtiam expui, omnemq; penitus deterſi animo mco, poſtquam prodijt optima & accuratiſſima Panegyricorum illorum editio à Ioanne Liuineio Gandenſi eruditiſſimo homine non ſine tuis auſpiciis procurata: quam ſuperiore æſtate abs te cum aliis muneribus auro contrà mihi caris dono datam vt vidi, vt

auidè percurri,& multas mearum emendationum coniecturalium inibi recognoui partim manuſcriptorum librorū, quibus ille vſus eſt,auctoritate corroboratas, partim cum ipſius coniecturis planè congruẽtes: nōnullas etiam (quod mireris) poſt tantam accurationem mihi relictas: quas plures proculdubio recognouiſſem, abſque illo, quod dixi, furto fuiſſet. Quales quales tamen hæ ſint, nemini eas potiùs quam Tibi, vir Illuſtris, allegandas

exiſtimaui, vt vel hinc intelligeres, quàm bene tuum donũ collocaris. Arbitrare, quæſo num ſeſe viris doctis, quorum tu in noſtra gente princeps, approbare poſſint. Vale, noſtri amorem perennans. Altorfij KAL. Febr. cIↄ. IↄC.

CVN-

CVNRADI RITTERSHVSII IC.

Coniecturæ

In

PANEGYRICOS VETERES.

Numerus paginarum refertur ad editionem Antvverp. Iohannis Liuincij Anno cIↄ. Iↄ.XCIX.

PAg. 17. *Tela tentares, ac ſi quod grauius accipienti videretur, ipſe vibrares*) Ita legerim, pro, *ſi quid durius.*

Pag. 20. *Neq; enim vnquam niſi ex contemptu imperij noſtri factum eſt, vt vinceremus*) Manifeſtè falſa lectio. ſcribe; *vinceremur*. Contemptus enim non eſt cauſa victoriæ, ſed potius τῆς ἥττης.

Pag. 22, *Tantum conſtat*) Liuin. *tanti itum conſtat*. malim; *tanti iter tuum conſtat*. Sed palmaria eſt emendatio Melchioris Goldaſti ab Haiminsfeldt, auditoris atq; hoſpitis quondam mei ſuauiſſimi, corrigentis; *ſciant, Tantum conſtat: propoſitis* &c. Laborabat locus praua interſtinctione.

Pag. 24. *Tantùm tum non vltrò*) Leg. *tantum non vltrò.*

Pag. 25. *Eademq; omnia illa circa te, nihil ipſo te Fortuna mutauit*) Liuineius pro *ipſo*, reponit ex coniectura, *ipſum*. Vide annon meliùs iam olim coniecerim; *in ipſo te.*

Ibidem: *Ambulas inter nos, non quaſi contingat*) Rectè Liuin. ex veterib. libris, *contigas*: rectiùs etiam, ſi τὸ *non* deleuiſſet.

P.27. *Næ ille in tàm breui tempore effecerit*) Liuin. pro, *in tàm*, legit, *inquam*. Fortaſſe verior noſtra coniectura, *in breui tempore*.

P. 30, *Neq; enim ſolùm vagus ille expanditor amnis*) Livineius, *& palator amnis*. probabiliter. nam paulò ante præceſſit; *mergi palanti amne conſueta*. Michael Virdungus tamen pro *expanditor* legendum diuinabat, *expatiator*. Ego mallem. *Vagus ille & ſpatiator amnis*. Sic autem Nilum vocat, qui cum extra alueum ſuum exundat & agros irrigat, veluti ſpatiari videtur.

P. 33. *Cum iiſdem, quibus antea cautibus innocentiſſimus quiſq; , tunc nocentiſſimus affigeretur*) Videamus ne rectius ſit & à Plinio ſcriptum, *affligeretur*. Confer. Tacitum lib. 1.

P. 35. *Bona filij pater ſine deminutione poſſideat, nec ſocium hereditatis accipiat, qui non habet luctus*) Malim, *quem non hab. l.*

Pag. 38. *Cuiuſcumq; modi ea pecunia ex hereditate alicuius obuenerit*) Placet coniectura Liuin. *alicui*. ſed pro *cuiuſcumque modi*, malim reponere, *cuiuſquemodi*.

P. 40. *Nonne vt Regum, ita Cæſarum munera, illitos cibis hamos, opertos præda laqueos æmulabantur, cum priuatis facultatibus velut hauſta & multiplicata retrò ſecum quidquid attigerant referrent?*) Elegans imitatio eius quod a veteribus dictum eſt: *Munera hamos imitantur*. Sed elegantior erit, ſi pro, *multiplicata*, mecum repoſueris, *implicata*. nam hamorum eſt implicare, non multiplicare.

P. 43. *Cum ſibi vitiorum omnium conſcius princeps inimicas*

micas vitijs artes non odio magis quàm reuerentia relegaret) Domitianum notat, qui Philoſophos vrbe exegit. vide Satyram Sulpitiæ De Temporibus Domitiani. Hunc I. pag. 82. *optimi cuiuſq; ſpoliatorem & carnificem* vocat, digno & vero elogio.

P. 45. *In ore impudentia multo rubore ſuffuſa*) Quomodo? an non potius ruborem detriuiſſe, & neſcire erubeſcere impudentes dicimus? & contrà. Annon *tantum ſanguinis in ore, quantum in animo pudoris*? vt idem infrà veriſſimè dicet Plinius. Legendum igitur, *nullo rub. ſuff.*

P. 49. *Inſequi diſsimiles*) Nota, *inſequi*, poſitum pro inſectari.

Ib. *Sic max. laudari incolumem Imp., ſi priores ſecus meriti reprehendantur*) Fort. *ſequius meriti.* Sic Symmachus lib. 10. ep. 49. *Secus meritus de repub.* vbi ſimiliter malim, *ſequius.* Sic olim in opt. Camerar. membranis Plauti Aulular. act. 3. ſc. 2. vbi vulgò vulgatur; *Quid diximus tibi ſecus quàm velles*, reperi veſtigia veteris & veræ ſcripturæ; *ſequi vſquam velles*: ex quo cuiuis in promptu eſt facere, *ſequius quàm velles*: non vt quidam fingit, *ſecius quàm vell.* Placet impenſè quod in poſtumis Var. lect. libris nuper Auguſtæ editis ſcripſit Muretus: *Ita vbiq; librarios τὸ ſequius expunxiſſe, & aliud pro eo ſubſtituiſſe, quaſi in eius necem coniuraſſent.*

P. 50. *Nunc menſes etiam, nec hos ſingulos, nomini Cæſarũ dicebamus*) Non dubito quin verum ſit, *dicabamus*.

P. 56. *Conſulentem haberet tãtùm, an & ſenatorem*) Placet quod reſtituit ex 4. libris Liuin. *Conſulem te.* Sed & pro *haberet*, legendum *habere*.

P. 57. *Solennis ille lictorum & prænuntius clamor*) Scil. quo plebem ſubmouebant.

P. 61.

P. 61. *Quin etiam ſedens ſtanti præbuit iuſiurandum)* Lego, *præiuit.*

P. 62. *Iubes quæ ſentimus promere in medium? proferemus)* Leg. *promemus.*

P. 64. *Hinc atq. inde publicæ ſeruitutis nuntios expectaret)* Leg *ſecuritatis*: præceſſit enim: *ſecurus tibi & lætus dies.*

P. 65. *Ac nunc ſi bene aliquis prouinciam rexerit)* Leg. *At nunc.*

P. 68. *Non habitus, quem modò extulerat)* Leg. *quem domo extul.*

P. 69. *Alius enim fortaſſe alium, ipſum ſe nemo deceperit)* Inſignis ſententia vno verbo laborare videtur. Reſcripſerim *aliquis*, pro, *alius.*

P. 74. *Velociſſimi ſideris more omnia inuiſere, omnia audire)* Solem intellegit velociſſimi ſideris appellatione, qui tam paucarum horarum ſpatio tantum curriculum conficit. Sed quod Liuineius pro, *audire*, reſtituendum putat, *adire*, ignoſcant mihi manes doctiſſimi iuuenis, non ipſi aſſentior. Alludit enim verſum Homericum;

Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

Quare nihil mutandum cenſeo.

P. 75. *Danubius ac Rhenus tantum illud noſtri decoris vebere gaud.)* Reſtitueram hîc iam olim, *dedecoris*: quod nūc etiam apud Liuin. video veriſſimè. præceſſit enim, *fœda facies*: &, *deformitate iſta.* Sed quod idem pro, *noſtri*, ſuſpicatur legend. *monſtri*, id num probem ſubſiſto.

P. 76. *Habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectū, nihil occultum eſſe patitur)* Diuinabam, *habet hoc priuum.* Nonius: *Priuum eſt proprium vniuſcuiuſq.* An emend. *proprium?*

Ibid.

Ibid. *Nonne, ſi Pontifici Max. eligenda ſit coniux aut hanc aut ſimilem eleg.*) At nonne & Traianus Pontifex Max. fuit? Certè fuit: ſed poſteà demùm factus, cùm iam eſſet maritus.

P. 77. *Idemq; vtriq; propoſitum*) Concinnius fort: *Idem vtriq; pr.*

P. 78. *Placeat tibi ſemper hæc ſecta*) Sic paſſim Impp. in legibus Cod. loqui amant, *ſecta meorum temporum.* Sic 1. p. 254. ait Pacatus; *Qui vitæ tuæ ſectam rationeſq; cognouerit* &c.

P. 79. *Confuſionem*) Ita ſæpè dixit Plinius cum alijs triſtitiam.

Ibid. *Votis, lacrymis ſequi*) Malim, *lacrymiſq; ſeq.*

Ibid. *Qui petentibus vocationem*) Leg. *vacationem.*

P. 83. *Vt amore recti*) Sic s. *magiſter recti.* Sic Ouidius;

Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint
Non mouet &c. ————

Sic alibi, *ſpecies recti*, τοῦ καλοῦ, τοῦ κατορθώματος.

2. EX PANEGYRICO MAMERTINI.

P. 94. *Ita quamuis maieſtatem regiam geminato numine augeatis, vtilitatem tamen imperij ſingularis conſentiendo retinetis*) Elegantiam huius epiphonematis non parùm diminuit τὸ *vtilitatem*: pro quo reſcribo, *vnitatem.* Opponit enim *geminatum numen*, & *vnitatem imperij ſingularis.*

P. 95. *Sic omnibus pulcerrimis rebus, etiam quæ aliorum*

ductu geruntur, Diocletianus facit, tu tribuis effectum) ſuſpectum eſt mihi illud, *facit*. Quid ſi legas, *faciem*?

P.96. *Ecce autem ſubitò cùm iam deduci Liburnas oporteret, tibi vberes fontes terra ſubmiſit, tibi largos imbres Iupiter fudit, tibi totis fluminum alueis Oceanus redundauit*) Ter hîc peccatum in *tibi*, pro quo reſcribendum *ibi*. *Cum* & *ibi* mutuò ibi reſpondent. Error librarijs obrepſit ex repetitione præcedentis literæ T. Neque ſoli Maximiano ea, quæ dicit, euenerunt.

3. EX GENETHLIACO MAXIMIANI.

P.98. *Vt optarem mihi, quantum iudicio veſtro ſum cõſecutus, auderem*?) Legend. *vt optare mihi*.

P.106. *Ipſa etiam gentium domina Roma*) ſic s. p.87. idem Mamertinus; *Immortalis ortus domina gentium ciuitatis*. Et Nazarius, pag. 175. *Romam*, vocat *arcem omnium gentiũ & terrarum reginam*. Geminum in modum Martialis;

Terrarum Dea gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Sed *Aeternæ Vrbis* elogia ex bonis auctoribus alibi colligo.

P.108. *Longius longiuſq. protendere*) Contrarium ſuprà 105. *Propius propiuſq*. De hoc elegantiſſimo loquendi modo videndus Ian. Gulielmius in Quæſtionibus Plautinis.

4. EX EVMENII ORAT. PRO Reſtaurat. Scholis.

P.116. *Aedes Herculis atq. Muſarum*) Miror quare hîc prætermiſerit Liuineius præclaram emendationem Merulæ,

rulæ, quam is in ſuo Ennio protulit; *ædes Herculis Muſarum*, ex puncto *atq;*, quod a mala manu eſt. *Muſarum*, ſcil. ductoris: ἡρακλέους μουσηγέτου.

P.120. *Si item rerum omnium ad cultum referuntur auctorum*) Poſt *omnium* deeſſe videtur, *primitiæ*, vel quod ſimile nomen.

P.121 *Quum videat omnia quæ priorum labe conciderant*) Melchior Goldaſtus ab Haiminsfeldt, nobiliſſimi ac florentiſſimi ingenij adoleſcens, hunc locum putat mutilatum, & hoc modo reponendum; *quæ temporum priorum labe conc.* Adductus loco Mamertini Panegyr. Maximia: *Sed quũ ad reſtituendam eam poſt priorum temporum labem* &c. qui huic Eumenij ſiue, vt quibuſdam video placere, Eugenij tantùm non geminus germanus eſt.

EX 5. PANEGYR. INCERTI Auctoris.

P.134. *Inuiderint licet nobis*) Fort. interponend. *te: Licet te nobis*.

EX 6. PANEGYR. INCERTI Auctoris.

138. *Quos fortunæ inclinatio, reſtringere deb.*) Legendum, *reſtinguere*. præceſſit enim; *iratis incenſisq; animis*.

P.140. *Exercitus parte proiecta*) Probo ingenioſi & eruditi iuuenis Mich. Virdungi coniecturam, legentis, *traiecta*. Non enim *proÿci*, ſed *traÿci* dicitur exercitus, cũ flumen transmittit.

P.141. *Auguſtus aliquid agens vicit apud Actium*) Iam olim hîc de coniectura emendabat Salomon Pantherus Ryſinius, *aliud agens*. Quam poſtea libenter vidimus etiã Lipſio in Epiſtolic. probatam : & nunc nuper trium librorum auctoritate confirmatam a Liuineio. *Aliud agere* dicitur, qui non ſeriò, neq; cum cura magna in rem incumbit, ſed obiter & velut perfunctoriè eam tractat.

7. EX PANEG. NAZARII.

P.156. *Quod* (ſc. bellum) *tibi non minus onus vrbis impoſuit, quàm eiuſdem ærumna perſuaſit*) Legend. *honos*. præceſſit enim; *In ſubiectos officia gratiora ſunt, quæ non ex miſericordia, ſed ex honore venerunt*. Vt ibi *honorem* & *miſericordiam*, ita hîc *ærumnam* & *honorem* inter ſe opponit.

P.163. *Quis eſt hominum*) Poſſit fortaſſe hoc ferri : ſed melius & a Nazario ſcriptum puto : *quis eſt omnium*. Quis neſcit quàm crebrò, inuicem hæc duo nomina ſeſe extruſerint? Sic in l.9. leges ſacratiſſ. C. de Legib. nimis diu perperam vulgatur in omn. lib. *hominum*, cum legi debeat, *omnium* : *Leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuerſi præſcripto earum manifeſtius cognito* &c. Iamdiu eſt cum hoc in Cod. meo annotaram, cum tandem diſertè ita ſcriptam vidi hanc legem apud Ioan. Sarisberienſem lib. 4. Policrat. c. 6. Sic Liuin. Ĵ. pag. 161. pro, *hominum tuorum*, reponit, *omnium*.

P. 166. *Vt incendium non adiutum ſeneſceret*) Coluius in Notis ad Apuleium corrigit, *non adultum*. Quod fortaſſe non debuit hîc reticere Liuineius. Simili coniectura apud Symmachum 7, 18. reſcribendum aliquando putabam; *adulti caloris pabulum*.

Ibid.

Ibid. *Cum introitus vi manu quæreretur*) Malim; *Cum intr. manu quær.* inducto, *vi*, quod ex gloſſemate irrepſiſſe videtur. Scio tamen apud Virgilium eſſe; *Fit via vi.*

P. 173. *Ad animum languidius accedunt, quæ aurium via manant, quàm quæ oculis hauriuntur*) Inſignis ſententia ex Herodoto & Horatio expreſſa felici imitatione, ſed vno verbo deprauata. Significantius & verius, meo animo, leges, *accidunt*. Planè ſic loquitur Plinius p. 84. Panegyr. *Maior auribus noſtris accidat clamor.*

P. 174 *Vita hominum metu intercluſa turbidè aliquid egerunt*) Leg. *turbidi.*

P. 178. *Vt obtinendæ potius felicitatis votum, quàm augendæ cupiditatis*) Non dubito quin verum ſit, *cupiditatem. Obtinere felicitatem* & *augere* eandem rectè opponuntur. At *votum augendæ cupiditatis* ineptè dicitur.

8. EX EVMENII GRATIARVM actione ad Conſtantinum A.

P. 180. *Nam cum omnes homines coram non indigentes iuvare boni ſit principis*) Diu mihi ſuſpectum fuit illud, *Coram non indigentes*. Fort. legend. *curâ non indignos.* An potius, *curâ indigentes*?

P. 181. *Imperata ope*) Leg. *impetrata.*

P. 182. *Non ſolùm pecunijs ad calendaria largiendis*) Aliena eſſe hoc loco *calendaria*; & reponenda pro ijs, *caldaria*, ſatis poterat liquere vel ex ijs quæ mox ſequuntur; *lauacris, quæ corruerant, extruendis*: vel ex ijs quæ dicuntur ab eodem Eumenio j. in alio Panegyr. p. 205. *Miraberis profectò illam muneris tui ſedem, & calentes aquas ſine vllo ſoli ardentis indiciò* &c. Vbi retineo vulg. lect. *muneris*, non obſtantibus trib. codd. *in quibus* fuit, *numinis*. Ideo enim

vocat thermas ſiue caldaria illa ſedem muneris imperialis, quia Imperator pecunias in illa fuerat largitus, inque collapſa la uacra extruenda.

Ibid. *Niſi quos pro tuis gratuleris*) Leg. *quod*, pro *quos*.

P. 183. *In voraginem & ſtagna conuerſum*) addo, *eſt*.

P. 184. *Omnes enim ex agris omnium ætatum homines conuolauerunt*) Leg. *conuolauerant*.

P. 185. *Quod enim ad propagandos aliorum principum ſolenni verborum more iuratur*) Legend. hîc, *ad propagandos annos aliorum*, mihi quoq; viſum, antequam Liuineij ex coniecturâ ſupplementum vidiſſem. Sed pro, *iuratur*, lego *vouetur*. Ita nihil opus erit cum Liuineo mirari, cur præter aliorum hiſtoricorum mentionem dixerit Eumenius, in votum illud ſollemne pro ſalute & longæuitate principis iuratum fuiſſe.

P. 186. *Sed iam prompta eſt in te natura bonitatis*) Legēd. ſuſpicor; *natura bonitas*. Simili hyſterologia librarius ſcripſerat s. p. 136. *Vſq; ad mortem deuotionis*, cum debuiſſet ſcribere; *vſq; ad mortis deuotionem*, vt ibi rectiſſimè cōiecit Liuineius. Sic j. in huius Rhetoris Panegyr. altero p. 196. pro, *legem illius ſeueritatis*, legendum videtur, *legis illius ſeueritatem*. Quod ſi non eſt certum, at eſto arbitrariũ.

Ibid. *Reliqua debita remiſſurus*) τὸ *debita*, meo quidem palato gloſſam ſapit. Lego, eo remoto, *reliqua remiſſurus*. *Reliqua* abſolutè vſurpari nemo neſcit: vnde *reliquare*, *reliquator*, *reliquatio*, quæ in opt. Gloſſario vet. exponitur λοιπογραφία. Et in altero eſt; λοιπά, *reliqua*, *reliquarũ* (lego, *reliquariũ*. vt paulò ante: λοιπαδάριον, *reliquariũ*) λοιπογραφία. *reliquatio*. λοιπάζω. & λοιπογραφῶ, *reliquo*.

P. 188. *Si oliueta larga fluxiſſent*) Fort. leg. *Si oliuitas larga flu-*

ga flu-

ga fluxiſſet. Vt j. in Grat.act. Mamert. p.236. *Vna certè vnius eſt hiemis oliuitas.*

9. Ex Evmenii Panegyr. ad Conſtantinum.

P.190. *Omnium principum pietatẽ meminiſſe*)Leg.*pietate meminiſſe*.quod ſatis probant ſequentia: *laudibus celebrare*.neq; enim de principum, ſed de ſua pietate hîc verba facit Rhetor, qua principum meminiſſe debeat.

P.194. *Non enim vlla Perſarum Cydonumue tela tam certis iactibus deſtinata fixerunt*)Malim,*fixerint*.

P195. *Et quanquam tua ad ſeniores principes de ſumma Rep. quid fieri placeret retuliſſes*)Leg. *tu ad Princ.*

Ibid.*Tam facile te comitata eſt*) Quod in Bertiniano Cod. reperit Modius olim noſter,*continuata eſt*,non dixerim ineptum.*Continuari* enim eſt ſequi,comitari.

P.196. *Quantum libet oderint hoſtes,dum perhorreſcãt*) Manifeſta imitatio illius ex veteri tragœdia a Cicerone relati; *Oderint dum metuant.* Tyrannica vox, ſi de ſubditis ita loquatur,qui præeſt:tolerabilis, ſi de hoſtibus dicatur.

P.197.*Imp.inuicte*) Sic aliquoties ĩ. Paneg. ſeq.*Cæſar inuicte.* Vſitatior ſuperlatiuus, *Inuictiſſime Imperator.* Gloſſar.vet.*Inuictiſſimus* ὑκαλλίνικος. Ortum epitheton ab acclamationibus fauſtis: Τηνελλα ὑκαλλίνικε &c.

P.204.*DIs immortalib.ferre quæ moueras*)Leg.*vo ueras*

P.205.*Huius ciuitatis antiqua nobilitas & quondam fraterno pop.nomine gloriata*)Hæc intelliges ex ijs quæ ſunt in Grat.act.Eumenij s. p.180. *Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Rom. nominis Aeduis ſe poſtulet anteponi? qui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliæ gẽtes plurimis ſenatusconſultis fratres P.R. appellati ſunt*, &c. *ſoli & conſanguitatis nomine gloriati* &c.

P.237. *Non ſpica triticea*) Caue accipias ſingulari numero, propter inſequentes plurales; *non viles auarum racemos.* *Spicum* autem neutro genere dixit imitatione Varronis, cuius hæc eſt nobilis ſententia allegoriæ tecta inuolucro; *Neq; in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquod bonum* Scilicet Mamertinum nõnumquam amare archaiſmos: vt p. 234. *ſordidiſsimum quemq; & improbiſsimum adulabant.* Et ibid. paulò ante; *mulierculas exambibant.* Quo verbo præ ceteris libenter vtitur Cyprianus. & p.236. *Multo multoq;.* Quod addendũ illis ſuprà notatis, *longius longiuſq;: propius propiuſq;: nimium nimiumq;* &c.

P. 238. *Subita & fortunata beneuolentia*) Fort. leg. *fortuita.*

P. 239. *Num quem in animo eſſe ſuſpicatum audiui?*) Puto verum eſſe, *num quem inania*, &c. errore ex compendio ſcripturæ nato *inania.*

P. 240. *Et cuius armis vitam impugnatam*) Leg. *vitam ſuam imp.*

12. EX LAT. PACATI DREP. PAnegyr. ad Theodoſ. A.

P.245. *Quaſi parum habeam timere quod video, acceſſo* (vel. *requiro*, vel, *circumſpicio*) *quod timeam*) Ita hæc legenda eſſe ſenſus dictat. Certè verbum aliquod in vulg. edit. deeſt.

P.245. *Audite hoc publici parricidæ, qui oblita fide dominorum ſceptra)* Cum in duob. libris fuerit, *cæde*, non *fide*, legerim libens, *oblata cæde.*

P. 255. *Alienis* (vel *aliorum) vitÿs corrigendis curam abiecisti)* Leg. *adiecisti.*

P. 260. *Cum plures efficere honoribus velles, quàm bonorum loca admitterent)* Leg. *honorum loca.* ſic s. p. 236. ſemel atq; iterùm *honorum* in *bonorum* deprauatum fuiſſe reperias.

267. *Exercendis inuigilabat metallis)* Quædam editt. *exerendis.* vnde faciebat Goldaſtus noſter, *egerendis.* quoniam ſequitur; *Nec è terrenis ſpecubus egeſtum, ſed e ceruicibus iuguliſq; caſorum eſſet effoſum.* Malebam ego; *eruendis.* propter id quod mox ſequitur; *aurum quod ſcrutator Callaicus eruiſſet.*

P. 280. *Quod aliter non potuiſſet allicere militum ſocietates, niſi ſe auctoramenti tui finxiſſet auctorem.)* Puto verum eſſe; *allicere mil ſocietatem, niſi ſe auctoramenti ſui finx. auct.* Et hoc verius, quod eidem Goldaſto noſtro idem viſum fuiſſe video.

Ibid: *Sed bene eſt quod nō omnia potes. Tui te vindicant & inuitum)* Planè ad eandem faciem dixit Eumenius Paneg. ad Conſtantinum A. p. 204. *Sed (ignoſce dicto) non omnia potes. DI te vindicant & inuitum.* Ex qua collatione vtriuſque loci quis non videt hoc loco legendum eſſe, *DI te vind.* non autem, *Tui te* &c.

P. 281. *Quiſquis aurum gemmaſq; priuatis pedibus optabit)* Malim, *aptabit.*

FINIS.

O M I S S A.

PAg. 26.lin.19. poſt cenſuimus,adde:Sed hoc diſcrimẽ ſubtilius eſt,quàm verius, & vetus Eccleſia non agnouit. vnde Athenaſius in Symbolo; *Vnamquamq.perſonam & Deum & Dominum confiteri Chriſtiana veritate compellimur*.ad quæ verba Anonymus, ſed vetus Interpres,notat; *Quia ſi me interrogaueris,quid ſit Pater,quid ſit Filius? ego dicam , Deus & Dominus. & ſi dicas, quid eſt Spiritus ſanctus? ego dicam,Deus & Dominus. & in his tribus perſonis non tres Deos,nec tres Dominos;ſed vnum Deum & vnũ Dominum confiteor.*

Pag.30.lin.27. diſpunge tres ſeqq.lineas, illarumq. in locum iſta hæc ſuffice: ex lege Iuliâ ſeu potius cõſtitutione Alexandri Imp.gladio vindice,l.IX. C.ad L. Iul. de adult. præterquàm illa verba; *ſi quocumq. modo pœnam capitalem euaſerit* , à Treboniano adiecta mecum exiſtimes; quia Imp. Iuſtinianus non obſcurè ad Conſtantinum auctorem refert,Chriſtianorum principum primum,&,qui eſt primus religionis feruor, legis diuinæ exactum obſeruatorem,Nou. cxxxIV. cap.x. vbi ait; *Si quando adulterij crimen probetur , iubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Conſtantinus diuæ memoriæ diſpoſuit.* diſpoſuit autem in l.xxx.in fi. C.ad L. Iul. de adult. quam tamen in adultera temperauit Iuſtinianus d. Nou. cxxxIV. & apud Harmenopulum l.VI. c.II. quum prius eam recepiſſet ſine

Pp diſcri-

diſcrimine, §. iv. Inſtit. de publ. iud. Qua in re aut vehemẽter animi fallor, aut Theodore ſuæ perſuadenti indulſit Imperator, cui præter æquum, & ad inuidiam vſq. generis humani, addictior fuit. nec in rationem venire poteſt ſexus fragilitas: niſi ſi eadem ratione furti, homicidij, parricidij, veneficij, pariumq. ſcelerum gratiam fieri feminino ſexui poſtularit. quibus maleficijs non eſt inferius adulterium, quo religio Chriſtiana contemnitur, fœdus coniugij violatur, pax domeſtica tollitur, corpus nuptiale diſſecatur, in nomen & familiam peregrinus intruditur, alienus heres annaſcitur, γέρας paterna rapitur, deniq., facto publicato, fama & exiſtimatio mariti læditur. Ideò rectè, iuſtè, ac piè Conſtantinus legis diuinæ pœnam in vtrumq. ſexum confirmauit. nec eſt vt quis ſententiam illam l. xxx. adſutam a Treboniano arbitretur, quòd non legatur in Cod. Theodoſ. Nam & alia ab Aniano omiſſa ſunt, & obſeruatur hæc pœna ante Iuſtinianum pridem. Hieronymus &c.

Pag. 37. lin. 7. poſt Interpreti, adde; In conſtitut. Friderici I. De pace tenend. §. 1. *Si clericus de pace violata pulſatus fuerit, id eſt notatus & proſcriptus fuerit.* etiam Patribus. exempla obuia ſunt in Iure Canonico, & apud Sidonium Apollin. l. iv. epiſt. vi. Thietholfus Epiſcopus de Vet. ac Noui teſtam. inſtruct:

Voce Naum pulſat conſtanti ſanguinis vrbem.

Lin. vlt. poſt Trebellian. adde: Anneus Boetius de moribus ex Seneca; *Tu primum exhibe te bonum, & ſic quære alterum ſimilem tui.*

Pag.

Pag. 72. lin. I. poſt. DCIV. adde: Artus Rex Britannorum, *Arturus* Galfredo Monumentenſi & ceteris. Thegan. &c.

Pag. 75. lin. XI. poſt in annis, adde: Drepanius Florus de Cereo Paſch. ——*Vertentur menſibus anni.*

Pag. 78. lin. 25. ante Ite nunc, adde. Clemens Roman. conſtit. Apoſtol. l. VIII. c. XLVII: *De impijs, etſi omnes mundi facultates dares pauperibus, tamen nihil eis prodeſſes. nam cui viuo infenſus erat Deus, certè ei dein mortuo eſt iratus, non eſt enim iniuſtitia apud Deum.* Ite nunc &c.

Pag. 79. lin. 9. poſt circumfluit, adde: Drepan. Florus De cereo Paſch:

Veſtibus innumeris tereti circumflua gyro.

Pag. 81. lin. 13. pro illis verbis, Amœnus Enchiridio, ſcribe: Prudentius Dypticho, quod vulgò neſcio cui Amœno adſcribunt;

Aeſtimat accipiens viua, & terrena refutans.

Vbi Iſo Magiſter, *Refutans, reſpuens.* Auctor &c.

Pag. 105. lin. 20. ante Petrus, præncecte: Gracilis Probæ coniugi;

Perpetuas ſine fine domos mors incolit atra.

Petrus Diac. &c.

Pag. 116. lin. 8. ſcribe: Hilarius Pictauienſis lib. IV. de Trinit: *Intellegentia dictorum ex cauſſâ ſumenda eſt dicentis.* h. e. ſcopo & intentione. citant Gregorius IX. ſeu potiùs Raymundus Capellanus Decretal. l. V. tit. XL. de V. S. cap. VI. & Nicolaus Lyran. comment. ad cap. XVIII. Deuter. Scholaſtici &c.

Pag. 117. lin. 17. pro illis verbis, In *theatrum* Guntherus

arg.lib.VIII. ſcribe: ita enim MS.noſter.pro quo Fabricius ſubſtituit, *ſanctiſſime:* nimirum eâ fide, quâ plurima Chriſtianorum Poetarum loca euulgauit. Simili licentiâ Gûtherus vſus eſt, ſiue is Celtes fuerit, in *theatrum*, argum. libri VIII.

Pag. 124. lin. 16. ante Columbanus, præpone: Thietholfus Epiſcopus de Vet. ac Noui teſtam. inſtruct:

Quatuor æquè tribus probris regna increpat Amos.
Columb, &c.

Pag. 131. lin. 17. pro, Delriana non eſt ἠθικὴ, ſcribe: Ad eam notam loquitur Iohannes Euangeliſta cap. IV. *Qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.* Græcè, ἐν ἀληθείᾳ, i.e. ἀληθῶς. Delrianus verſus non eſt ἠθικὸς, & veritate falſus.

Pag. 152. lin. 6. poſt Eſaia XL. adde: *Plana via*, Germanis *pan weg*, ablatione τοῦ l. & *planare, panen.*

Lin. 24. poſt tranſire, adice: Sic Græci dicunt, διέρχεσθαι τὸν βίον, qua phraſi vtitur Plato lib. II. de Repub. Et Gregorius Nazianz. in odis;

Μάτην βίον παρῆλθεν,
Εἴπερ μάτην παρῆλθε.

Pag. 226. lin. 7. ante afflixuoſa, ponenda hæc emendatio, quæ omiſſa fuit. *Exceptis vtilitatibus ac neceſſarijs)* Omninò ſcribendum, *vtilibus*. Vult monachos aut ſilere prorſus, aut de rebus tantùm vtilibus ac neceſſarijs ſermones cædere.

Pag. 240. lin. 13. ante Qui diripientes, ponenda hæc notatio. *Cùm videris totum corpus intumeſcere)* An defunctorum cadauera intumeſcunt? imò verò detumeſcunt,

ſcunt, amiſſis ſcilicet animâ & ſpiritu. an legend. *intabeſcere?* ita videtur ex Vet. Inſcriptione Miellæ adulteræ;

Eiectum furtim exſequiis buſtoque carentem
Triſtis in ignota condidit hoſpes humo.
Tabueram inteſtata diu————————

Pag. 246. lin. 19. poſt ad Lucil. adde. Et apud Petronium Eucolpios naufragaturus: *Si nihil aliud, certe diutius, inquit, iuncta nos mors feret.*

Pag. 348. lin. 2. quæ de VVilleramo ſcripſi, delenda ſunt. Nam Trithemius auctor eſt, eum *ſub Henrico III. anno Domini* CIↃ. LXX. claruiſſe. Ei ſuccidaneos dabis Keronem ac Iohannem, orationiſq. telam ita ordinabis atq. duces. æui poſterioris ſunt. *Iohannes Epiſcopus Conſtantienſis,* D. Galli doctoris ſui, quæ hodieq. exſtat, orationẽ ex Latino in Germanicum ſermonem contulit, & ad populum fecit à D. N. CIↃ. præter propter anno, vt Hartmotus & Notkerus memoriæ prodiderunt. *Kero Monachus* Alamannus Symbolum Apoſtolicum & Orationem Dominicam circa eadem tempora interpretatus eſt ſermone vernaculo. quem libellum in bibliotheca D. Magni apud Gallopolitanos vidimus. *Rabanus Maurus, Otfrydus VVisſenburgenſis, VValafridus Strabo, Folcuuinus Abbas,* vt alios nunc ponam ad compendium, nonne abhinc IↃCCC. annos ſcriptis ſuis Germaniam illuſtrarunt? Igitur exploſione &c.

Pag. 364. lin. 21. appone iſta. propriè *thegan,* ἀπὸ τοῦ *thege,* fide, quam illis præſtant, quibus aſſiſtunt, quo nomine *fideles* dicti vaſalli & quicumq; principum miniſtri. vnde & verbum *thegen,* fideliter ſeruire, ſeruiendo benè mereri.

ita capio locum VVillerami, quem aliter expoſuit Gloſſator, cap. III. *VVaz wirthet auor vnſer armon, wir thie ſo gethigan niet ne ſyn, thaz vns plenitudo dierum, id eſt, conſummatio bonorum operum*, &c. *ſo muga commendare*. id eſt. qui non tam fideliter ſeruiuimus, qui non meruimus. a qua explanatione eſt Otfridus &c.

Pag. 366. lin. 4. poſt Lipſius, adde, *VVighuis* VVilleramo, quod FrancoGallis *fortereſſe*, arx munita. Kũne &c.

Lin. 11. poſt interpretatione, adde. Eduuardo Regi Anglorum, ei qui vulgo Confeſſor, *Cyning*. verba ſunt in Charta, qua Randulpho Peperking concedit centuriã Dauncingenſem;

Iche Eduuarde Cyning
Haue yeouen of my foreſt the Keping.

Ab eadem &c.

Pag. 367. lin. 9. poſt *euua*, adde. pro lege vſurpauit VVilleram⁹ in Cant. Cantic. cap. 1. *VVir ne willon niet vergezzan, thaz thiu genatho dines evangelij ſuozer is, than thiu auſteritas thero euuo*. quo ſignificatu in translatione Speculi Saxonici, eiusvé Interprete Rebkau & ipſe notaui, & apud Rudolphum Monachum exſtare in Vita Chriſti annotauit Gloſſator VVillerami. Interpres Reg. &c.

Pag. 373. lin. 22. poſt *vellus*, adde. aut *vel* ſcriptum eſt ἀντὶ τοῦ *phel*, ab Latino *pellis*. Nam mos ille fuit maioribus, vt P. Latinorum Græcorumué mutarent in PH. & hoc porrò in F. vel V. exempli gratia: πῶς, *fůs*: πέντε, *finfe*: pullus, *fulin*: pugnus, *fuſt*: piſcis, *fiſch*: planus, *flach*: pannus, *fan*: vnde *bannum* pro vexillo: pulex, *floh*: probus, *fromb*:

primo,

primo, *frio*: porcellus, *forle*, &c. interdum in PF., vt piper, *pfeffer*: perſicum, *pferſich*: papa, *pfaf*: palus, *pfal*: palatium, *pfalz*: pignus, *pfand*: parrochia, *pfarr*: pauo, *pfaw*: pilus, *pfil*: pila, *pfiler*: piſtor, *pfiſter*: plantare, *pflantzen*: plaſma, *pflaſter*: plateare, *pflaſteren*: prunum, *pflumen*: poſtis, *pfoſt*: pondo, *pfond*: palus, *pfal*: pluma, *pflum*: pentecoſte, *pfingſten*: pinna, *pfinnen*, &c.

Pag. 390. lin. 23. poſt Flaccius, adde. VVilleramo *Ieweht*, aliquid, pro *iewiht*, niſi mendum ſubſit librarij. *τὸ μόριον αὐξητικὸν*. *Niwiht* &c.

Pag. 396. lin. 9. poſt arcana tua, adde. VVilleramo *doychne*, in Cant. Cantic. cap. 1. *Ande ophenent himo the doychne thero geſcriphte*: id eſt, & aperiunt ei arcana ſcripturæ. quæ verba non cepit Gloſſator. Herzoge &c.

Pag. 404. lin. 19. poſt *geſtriket*, adde. Quod quomodo apte commodeq. fieret, docebant illi, qui iuuentutem inſtituebant in arte equeſtri. nec enim ſine præceptis, proprio, quód dici ſolet, Marte conſequebantur, non magis quàm cetera artis militaris, tradit apertè Eſchelbach part. II, Heldenbuch, vbi de principum informatione;

Ir helm rehte binden
Lert man die iungen man.

Ab illis autem loris diuerſa &c.

Pag. 423. lin. 16. poſt garde bras, adde. VVilleramo *lineberga* velum eſt lineum coloribus tinctum, quod etiamnum ante feneſtras extendimus, vt dici radios ſuſtineat aut calorem Solis, vel abarceat conſpectum vicinorum ac tranſeuntium. veriùs ergo à tutando deduxiſſet Gloſſator.

Pag.428. lin.8. expungenda ſunt quæ ex Ecken Vsvart attulimus, proq. illis adſcribendum: *Ane mail*, ſine peccato. itaq. Winsbekio *der súnde meil*, ſunt peccati ſordes, quo modo Prudentius loquitur Diptycho;

Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam.

vbi Iſo Magiſter in Gloſſ. *maculis, peccatis.* qua ſignificatione multùm reperitur apud Patres. Hinc *meilen*, macul. &c.

Pag.438. lin. 20. poſt *manſuum*, adde. Notkerus Balbulus de Vita & geſtis Karoli M. lib. II. *De ſingulis hobis regalium poſſeſſionum ſingulos denarios reddere compulſa eſt.* ita enim legēdum eſſe cenſeo, vbi perperam & ἀσυναρτήτως euulgatum *nobis*, hautſcio vitióne exemplaris Caniſiani, an operarum. Walther &c.

Pag.449. lin.2. poſt Georg. adde. An inde *heid* dictus gramine floribus nitens campus? certè *heider* nobis eſt clarum, coruſcum, reſplendens.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

QVæ præmiſimus, à manu ipſius auctoris ſunt. Is enim, cùm opus hoc, quod in ſummis maximiſq. ſuis occupationibus feſtinauerat potius quàm maturauerat, paululum otij nactus repetiſſet, multa vidit abs ſe prætermiſſa, quæ tùm demum in memoriam redierunt: quædam aliter in præcipitatione dictata, quàm vellet. igitur & illa adiecit, & hæc caſtigauit. miſit autem ad

tem ad D. Schobingerum; is porrò ad me: ſed nimis ſerò, & cùm iam liber ad metam curreret. Quare conſilio & auctoritate D. Schobingeri, quæ ſuis locis data non ſunt, in has pagellas conieci. ea tu, Lector beneuole, nullo negotio in loca ſua conferes, Deumq. precaberis mecum, vt auctori porrò quoq. det atq. concedat, vt quæ in tui Reiq. publicæ emolumentum auſpicatus eſt, valens ac otioſus perficere poßit. Quæ ſequuntur errata & menda ſunt noſtræ officinæ, quæ vt emendares, appoſui. Vale.

COMMISSA OPERARVM ET OMISSA.

PAg. 8. lin.16. ſcribe, infatigatus. lin.17. matutinus. lin. 2 . fluctus.

Pag.14. lin. 3. ſcribe ſubiaceant. pag. 20. lin. 27. Valerian⁹.

Pag.21. lin. 16. raptus eſt ad. lin. 20. euenit. antea enim corporibus tantùm imper. lin. 22. vernum.

Pag. 25. lin. 17. ſc. Deo. lin. 19. Hæ voc.

Pag. 27. lin. 24. ſcribe rarus.

Pag. 29. lin. 20. אדם ſ. אנוש lin. 21. LI. *Anima*, homo.

Pag. 30. lin. 2. ſeu. refr. lin. 10. ποία. pag. 31. li. 25. monetę.

Pag. 34. lin. 10. ἐπαισχύνεσθαι.

Pag. 36. lin. 1. barbariei. lin. 12. ius faſq.

Pag. 37. lin. 1. *quos numq.* lin. 3. κατατιάμενοι.

Pag. 38. li. 22. *iocus.* pag. 39. lin. 12. *noxia, nocentia, noxa.*

Pag. 63. lin. 8. alio. pag. 66. lin. 16 9. corripere eſt m.n.q. p. am.

Pag. 73. lin. 25. excerptus. Pag 74 lin. 17. nl.

Pag. 76. lin. 4. *perpetuaſsint Maxime.*

Pag. 77. lin. 8. incompoſ lin. 10. *erud. tuis.*

Pag. 78. lin. 7. καλῶ προσήκοντες λέγω. eleg.

Pag. 79. lin. 29. *βασανίζω* pag 83. lin. 9. *ſecum, agitat ſe.*

Pag. 88. lin. 17. *ſuggeſtionem.* pag. 90. lin. 7. *populauit.*

Pag. 92. lin. 5. *gremium per.* lin. 12. Porphyrio.

Pag. 95. lin. 20. ſcabricie.

Pag. 96. lin. 2. continuo lib. li. 6. *Inclita vat.* li. 8. Adcũdus Martianus Capella, Cenſorinus, Ter. li. 24. συνεμπ.

Pag. 97. lin. 25. *finem.* Græcis, ἀστέλος. qua phraſi ſæpè Theodorus Prodromus & Nicephorus Xãthopulus in carmine vtuntur.

Pag. 98. lin. 16. ἔπειτα. pag. 101. lin. 15. ἐκποιουμένου.

Pag. 104. lin. 27, Proban' tibi. pag. 106. lin. 9. preces, εὐχαί. Xy. lin. 24. *Corporis exſ.* Pag. 107. lin. 9. σπατάλη.

Pag. 109. lin. 20. omiſſa ſunt, quæ adijcienda: eâ pompâ Elias Thesbites triumphans, *curru igneo igneiſq. equis* cælũ aſcendit, IV. Reg. II. Fuit enim mos Romanorum, vt qui triũmphabant, quatuor equis albis veherentur, curru inaurato, capite lauris coronato, præeunte ſenatu, Capitolium adſcenderent ad Iouis OPT. MAX.

Pag. 114. lin. 7. *nemo.* Græcis ὅτις. p. 115 li. 28. *paradigmata.*

Pag. 116. lin. 2. inſigniuit. lin. 14. dicti.

Pag. 117. lin. 9. *leuiter.* lin. 25. quod tempus vim.

Pag. 120. lin. 23. (νόας) pag. 122. lin. 17. καρπῶ. pag. 123. lin. 15. Columbano.

Pag. 124. lin. 1. Græcus. pag. 125. lin. 11. *lata.* li. 24. Armor.

Pag. 130. lin. 2. principemve ſcel. lin. 16. *agenda.*

Pag.

Pag.132.lin.7. *κατ' ἐπ.* pag.135. li.16. ſuperſtitioſè; verè non fictè.

Pag.138. lin.15 fortean. pag.139. lin.15. cup.

Pag.143. lin.8. cottidie. pag.144. lin 19. diſſolu.

Pag.154. lin.12. Moribus ex Seneca; *Mul.*

Pag.155. lin.9. *ſupor.*| lin.12. *creator.* li.28 Et ſic legend. apud Vincentium Lirinenſ. pag.156. lin.2. *oras*.

Pag.157. lin.18. fidem MS, noſtri.

Pag.161. lin.4. Eyſtad. pag.168. lin.4. accipit.

Pag.183. lin.8. regnum. lin.23, excelſam. pag.197. lin.3. diuitem.

Pag.229. lin.21. *fabianam.*

Pag.232. lin.7. itinerantibus, mon. lin.9; *paximacium.* lin.18. *Laib.* pag.237. lin.12. è patr.

Pag.239. lin.27. πλασματώδες, παμψευδές.

pag.241. lin.22. eodem an. pag.242. lin.13. ἑτοίμ.

pag.250. lin.5. ὀξυθυμ. li.11. δοκεῖ. pa.253. lin.5. Theognis.

pag.260. lin.9. in Hiſpaniam à Su. lin.11. à Franc.

pag.334. lin.20. *Verber.*

pag.339. lin.1. *Es werd.* pag.339. li.13. füre. li.21. *ich ingeſ.*

pag.347. lin. 2. *Eckio* ſiue (vt quibuſdam placet) *Eccone. Alſato*, de *Eckardo*, de *Erneſto* &c.

pag.352. lin.12. Iacobum. lin.16. ſuo Henrico ded.

pag.357. lin. 22. ὕδρος. pag.371. lin. 12. qui à part.

pag.380. lin.13. Capetus. lin. 24. A chort. lin. vlt. *vnegunorſin.*

pag.381. lin. 4. aliud eſt, atq. corbitare.

pag.383. lin. 3. §. 40. *Ouch.* lin.5. verba ſunt tranſpoſita, & integra ſententia omiſſa. Repone ſic: receperat. In hiſtoria Parciualis.

Vilenie eſt datrui guaber
Et de promettre ſans doner:
Prodom ne ſe doit antremetre.
De rien nule a autrui prometre,
Et doner ne li puiſe & voille &c.

Walther &c. poſt lin. 15. & illa verba *doch das* &c. pone verba lineæ 5. iſta: Sententia thematij huius perobſcura quidem eſt, ſed mens &c.

Pag. 395 lin. 16. anulus, ad. Pa. 398. li. 12. mens eſt; ſi.

Pag. 409. lin. 5. τεῖχνήφ pag. 416. lin. 9. Domini, *Friherren*. qui.

Pag. 417. lin. 24. errat. pag. 438. lin. 4. *Haſumuuane*.

Pag. 449. lin. 4. ἀλεὶς. lin. 23. pygmæorum.

Pag. 451. lin. 22. *Denſpot*.

Pag. 457. lin. 9. §. 35. *VVie*. lin. 19. Erbſchaſt.

Pag. 458. li. 4. peiorem eſſe. li. 12. ſummis ſumus negot.

Pag. 463. lin. vl. æquali & am.

Pag. 470. lin. 2. *contingas*.

Pag. 472. lin. vl. poſt, *proprium*, adde coniecturam, quæ prætermiſſa fuit. Ibid. *Quanto enim magis arduum eſt alios præſtare, quàm ſe*) Poſt, *præſtare*, videtur deeſſe, *bonos*. mox enim ſequitur, optimus. Ibid. &c.

Pag. 474. lin. 7. ſibi reſpond. lin. 26. Reſtaurand.

Pag. 478. lin. 19. *conſtr. omnium vit*.

Pag. 477. lin. 2. *quar*. lin. 12. *votum geramus, quàm*.

Pag. 479. lin. 26. *Pop. Rom. nomine*.

Pag. 481 lin 2. *vuarum*. lin. 26, ſcribe, P. 254.

Pag. 482. lin. 3. *afficere*.

Vocum Ebræarum.

ארם. 29.
אם לו. 32.
אנוש. 29.
ב. 238.
בור. 417.
חיב. 35.
בעיר. 417.
בער. 417.
בר. 28. 415. 417.
ברד. 415.
י. 24.
יהוה. 25. 90.
יוגה. 71.
מאונים. 123.
משלי. 116.
נפש. 29.
פרע. 415.
שגיא. 418.
שר. 421.

INDEX.

Vocum Græcarum.

ἄλσος. 83.
αἷμα. 29.
ἀλλὰ, pro εἰ μὴ. 32.
ἀποφθέγματα. 78.
ἀρετὴ. 119.
γάζα. 87.
γαζοφυλακεῖον. 87.
γνῶμαι. 77. 78.
Δακτύλιος. 395.
Δαχάνη. 94.
Δέρτο γάρ. 26.
Δίμοιρον ἐπικὸν. 96.
Δίπυρος ἄρτος. 230. 231.
Δοκεῖσθαι. 113.
ἐκλιπεῖν. 29.
εἰ μὴ. 32.
ἄγναι. 119.
εἰς, caussatiua. 238.
ἦτα. 37.
εὐ, caussatiua. 238. priuatiua. 415.
ἔργα λιλοπῶν. 240.
ἔρις 394.
ἔχις. 357.
Ζεὺς πατὴρ, χρυσοβόλοις ἐμβαίνο-
ὑέτοις. 91.
ζημία. 28.
ζυγὸν. 137.
Ἴοβις. 90.
Καθηγητὴς. 126. 127.
κέρδος. 28.
Λευκόσυροι. 421.
Μάζα. 229.

μᾶλλον cum comparatiuo. 242.
μᾶλλον πάντων. 115
μελίκρατον θανάσιμον. 155.
μεταξὺ 241.
μελιτῶττα. 94.
μόντοι ſubauditur. 27.
μῦθος. 397.
Ναῦλον. 94.
ὁ excellentiam notat. 33. 34.
ὀβολὸς. 94.
ὀλυμπιὰς. 98.
ὄμβροι. 91.
οὕτως. 37.
παξαμᾶ: 230.
παράδειγμα 115.
παροιμίαι. 78.
πενταετηρὶς ἑορτὴ. 98.
πεντασύλλαβον. 96.
περιστερά. 72.
πόσοι. 33.
ῥάκος. 37.
σπαργανοῦσθαι. 38.
στατῆρ. 113.
συγχύεσθαι. 34.
συμβόλαια. 25.
συνεργεῖν. 25.
σάλπιγγα βοᾶν. 34.
Σῶρα. 421.
τοσοῦτοι 33.
ὕθλος καὶ παιδία. 242.
ὕδρος. 357.
ὕλη. 25.
ὑποθῆναι. 78.
φάη. 88.
φράσμα. 135.
χοριαμβικὸν πενθημιμερές. 98.
χρύσεον κῶας. 89.
χρυσόμαλλος κριὸς 89.

INDEX.

Rerum, & Vocum Latinarum.

A.

A deſinentia nomina feminina ab accuſatiuis Græcis. 123, 124
Accidioſus. 241
Acheron ater. 83
Achilles. 93. *eius fabula.* 377.
Acioſus. 241
Actio morte reorum exſtinguitur. 32
Actiua pro paſſiuis. 120
Accuſare. 126
Adelbero, Adelbertus. 417
Adelingi. 435
Adiectiua neutra cum genitiuis ſubſtantiuorum. 238
Adonium carmen. 96
Adorare. 29
Aduertere, Aduerſio. 37
Adulterÿ pœna. 30
Aduocatus. 360
Aegyptius, pro Aethiope. 422.

Aenigma-

Aenigmata. 251
Aeſtus. 86
Aethera. Aethra. 123
Affecta. 250
Afflixus. 226
Afflixuoſus. 226
Agnoſcere & Cognoſcere. 36
Alexandrinus, pro Aethiope. 422.
Albis veſtib. vſi ditiores. 339
Aliquanti. 33
Alio, pro alij. 123
Aloe lignum. 362
Alternare vices. 84,85
Amicus monendus, non deſerendus, 133
Amicus nouus, vinum nouum, 131
Amicus ſecretò admonendus, 246
Amici parantur placidis verbis, 128
Amicitiæ parendæ & ſeruãdæ difficultas, 116
Ammonitiones, 237
Amor, 454
Amphartys, 384
Amphiararus, 93
Amphiboliæ exemplum, 114
Angli linguam Germanicam à Saxonibus acceperũt, 260
Anima, 29
Antenidere, 132
Apicius gulæ artifex, 230
Appoſitionis exempla, 126
Aptus, 113
Ax. 428
Aquæ, conciſè pro aquæ & ignis interdictione, 428
Aqua nimius potus Monachis vitandus. 229
Aquæ crapula, 229
Arculus, 376
Arma ferendi ius quomodo conferatur, 420
Arturus Britannorum Rex linguam Germanicam excoluit, 265
Artus inertes, 80
Aſcire, Aſcitus, 152
Athera, 219
Atque, 126,131,132
Auaritia ſacerdorũ & monachorum, 94,95
Auctum, 28
Aulicorum Germanicorum triplex exercitium, 269
Aurea pellis, 89
Aurum igni, virtus miſeria probatur, 134
Autem, i.e. que, 24 enim, 26

B.

BAcchus vini & chorearũ Deus. 38
Bannum. bannire. 425, 426
Bannum Pontificis. 425 426. Imperij. 428
Barones. 416, 417, 418
Barſcalcus. 418.
Baſilius Epiſcopus. 236
Baſilius M. & eius opera. 236. 237.
Beatus. 117
Bedanus. 71
Belgæ linguam Germanicam à Saxonibus acceperunt. 260.
Benefacta non ſunt detrectãda. 131
Beneficium paruum alacriter accipiendum. 136
Bero. 417
Boia. 429
Boij populus. 429
Bonum. 23
Bona & mala. 234
Britannorum lingua Germanica à Saxonibus accepta. 260. eruditio. 74. libri Latini ab interitu vindicati. 73. ad alias regiones prolati. 74.
Brunichildis Regina. 99
Buccella, Buccellatũ. 231, 232

C.

C non aſpirabant veteres Germani. 354
Cabiare. 83
Cabo, Caballus. 82, 83
Cænæ tempus. 227, 228
Calciatrappæ. 357
Canon. 95
Canticum. 111
Carmen. 111
Carolus M. Poeta. 97. linguam Germanicam excoluit. 265, 348. Alexandri M. & Iul. Cæſaris æmulator. 348
Caſa, Caſales, Caſali, Caſati. 441.
Caſabundus. 151
Caſitare. 151
Caſſabundus. 151, 152.
Caſsida. 123
Cathegita. 126
Cauſare. 125, 126
Celta; i. e. homo heroicus. 366, 380.
Celta Brennus. 366
Celtarum ἔτυμον. 366
Celte regina. 366

Celtus

Celtus rex. 366
Ceruiburgium. 380
Charetis Athenienſis ventoſitas. 383
Charon. 93. *eius portorium.* 93, 94.
Charta. 434
Chartularij. 433
Ceruioburgium. 380
Chlodoueus. 380
Chlotarius. 380
Chorda, Chorditare. 380
Choriambicum carmen. 96
Chriſtus redamat amantes. 135.
Chriſtiani veteres gentilium libros aſpernati, cur. 73. *Philoſophos morales Chriſtiani nominis titulo commendarunt.* 73
Chuni, i.e. fortes. 366, 380
Chunorum ἔτυμον. 366
Chunigũdis Imperatrix. 380
Cimela. 21
Circumfluus, Circumfluere. 79.
Claudianus Chriſtianus habitus. 73
Clementia felix, mitis, pia. 125.
Climactera. 123
Clodoueus, Clodouicus. 380
Clotarius. 380
Clypeus. 380. *à collo ſiniſtro ſuſpenſus.* 400. *quos & qualeis deceat.* 398, 399
Cogitare. 250
Cogitandi verba de effectu. 113.
Cognoſcere & Agnoſcere. 36
Colloquium meretricis. 38
Colloquia ſpurca fugienda. 419, 420.
Coloni. 441. *vel libertini vel ſerui ſunt.* 441
Columba, pro Columbano. 71
Columba Columbkillus. 70. *eius ſcripta.* 72
Columba Senonenſis. 71
Columbanus. 69. *quæ patrauerit.* 70. *Burgundia pulſus.* 99. *anno ætatis nonageſimo ſcripſit.* 98. *eius præceptor.* 71. *ſcripta.* 72. *feſtum.* 70. *vitæ ſcriptores.* 70
Commelitari. 241
Comperpetuus. 75
Condere & Condire. 127
Conditus. 127

Confundi 34. Confuſio. 34. 240.

Congellus Fauſtus. 71. eius ſcripta. 72

Conſcientia pura. 39

Conſilium. 25

Conſilio facienda omnia. 15

Conſubſtantiatio corporis Chriſti. 355

Conſueſcere. 110

Conuertere, Conuerſio. 37

Cooperari. 25

Cooperire. 25

Corbitare, Corbitaria. 380, 381.

Corna. 377

Corpora boum. 34

Corrigere. 138

Corripere. 138

Cratera. 123

Creſcit amor nummi. 81, 82

Crimina morte reorum extinguuntur. 32

Cucurbitare. 381

Cunnus. 372

Cupido. 76, 454

Curtis, Curtilis, Curtilia. 440.

Curtiles, i.e. coloni. 441

D.

Daci linguam Germanicam in Normanniam intulerunt. 260

Damnum. 28

Damnum ſentire. 28

Danaë. 90

Danielis Propheta pſeudographa. 354

Da veniam. 76

Defluere. 240

Deridere. 113

Deſtituit inter vtrumq. 33

Deſueſcere. 110

Detractio. 226, 234

Deus. vide Dominus.

Deus adiuuat bene cœpta. 127.

Diata. 371, 372

Dicta. 77

Diernus. 254

Dies omnis habendus velut vltimus. 108

Dieſpiter. 84

Differre vitam. 154

